

24
807344
(5)





3 1760 1138 9

MG
B979
15

SERIES MISSIONOLOGICA

cura Commissionis Synodalis edita

公 教 教 務 公 文

公教教務聯合會出版

NUMERUS I.

DOCUMENTA PONTIFICIA DE PROVEHENDIS MISSIONIBUS

教 宗 訓 諭

爲促進宣傳聖教事



Pag.

1. Maximum illud 夫至大至聖之任務 1
2. Rerum Ecclesiae 聖教會已往的成績 25
3. Ab ipsis Pontificatus Primordiis 余卽位伊始 54



COMMISSIO SYNODALIS IN SINIS

1 A Kwan-tung-tien Hutung, Peking

公教教務聯合會，北京關東店胡同甲壹號

PROOEMIUM

引　　言

Inter Synodalis Commissionis munera, quae Concilium Plenarium recensent, haec habentur:

"Libros, diaria, quae de rebus politicis multo modo agant, aliaque scripta curare edenda et diffundenda, pro Religione Catholica, sive inter rudes sive inter eos qui litteris sunt exculti, propaganda;"

"Libros et opuscula, necnon authentica Sedis Apostolicae Acta, ex extero in Sinicum sermonem vertere."

Ut huic aptius prospiciatur fini, sub titulo "Series Missionologica" studia, quae de rebus missionariis indolem exhibent et doctrinam, edentur, sive a Commissionis membris exarata vel collecta, sive ab aliis perscripta et tradita.

Quod hisce temporum tempestatis bus ad ideas propagandas maximum instrumentum, Operi Missionali accessum non potest.

藏書處

中華全國主教公會議議定，公教教務聯合會所司職務之中，有下例數端：

維持各種有益聖教，而不涉及政治之書籍報張，及其他著作，使其刊佈流行，宣傳於文人庶民之間。

外國文字之書籍刊物，及宗座諭旨之原文、譯為華文。

爲便於達此目的，該會或自行譯述摘要，或由他人著作投稿，刊佈一種_{，，}公教教務公文，此項公文指陳傳教事宜之性質及教義。

於此潮流時代，刊物爲宣傳意見，乃必要之方法，於傳教事業自亦不可忽之，

Primum vero opusculum recentiora atque solemnia refert, adjecta sinica versione, Summorum Pontificum Documenta, quae uti "magna charta" exstant christiani inter gentes apostolatus, quaeque in bibliotheca vel parva cuiusque Missionarii suum debent obtinere locum.

Missionarii, remotioribus in regionibus adlaborantes, "habentes solacio sancots libros" (1 Mach. XII. 9), hanc libenti animo suscipiant seriem, quae fraternae Evangelium praedicantium caritatis et mutui laboris est argumentum, et iis auxilium ferre ntitur qui, juxta Jacobi monitum, non tantum auditores sed factores Verbi sunt.

Pekini, die 24 Junii, in festo Sti Johannis Baptistae

DELEGATUE APOSTOLICUS

†Celsus Costantini

Archiepiscopus tit. Theodosien.

此第一冊供獻教宗最近偉大之訓諭，附以華文譯義，此項訓諭，於外教民族之中，可作傳教事宜之明鑑，各藏書樓以及傳教士之案頭，皆宜備置一冊。

於遼遠之區服務之傳教士，以閱聖書為患者，宜以得此書為快。蓋此書供獻，傳佈福音之士，兄弟友愛，互相輔助之緣由。且為按聖雅各伯之訓，非僅聽道，而踐諸實行者，可為一助耳。

北京六月二十四日聖若翰瞻禮

宗座代表

剛總主教

LITTERAE ENCYCLICAE

AD VENERABILES FRATRES PATRIARCHAS, PRIMATES,
ARCHIEPISCOPOS, EPISCOPOS ALIOSQUE LOCORUM ORDINARIOS
PACEM ET COMMUNIONEM CUM APOSTOLICA SEDE HABENTES:

DE FIDE CATHOLICA PER ORBEM
TERRARUM PROPAGANDA.

Benedictus PP. XV

Venerabiles Fratres Salutem et
Apostolicam Benedictionem.

MAXIMUM ILLUD sanctissimum-
que munus quod, suo iam
instante ad Patrem reditu,
Dominus Noster Iesus Christus di-
scipulis demandavit, cum dixit:
Euntes in mundum universum praedicate evangelium omni creaturae,⁽¹⁾
non erat sane Apostolorum vita ter-
minandum, sed apud eorum succes-
sores perpetuandum usque ad con-
summationem saeculi, quoad scilicet
futuri essent in terra homines, quos
veritas liberaret.

Ex quo igitur illi *projecti praedica-
verunt ubique verbum Dei,*⁽²⁾ ita qui-
dem ut *in omnem terram exierit sonus
eorum: et in fines orbis terrae verba
eorum*⁽³⁾; divini mandati memor, Ec-
clesia nunquam, labentibus saeculis,
cessavit adhuc traditae divinitus
doctrinae partaeque humano generi
per Christum salutis aeternae nun-

(1) *Marc. XVI, 15.* (2) *Ibid., 20.* (3) *Ps.
XVIII, 5.*

教宗本篤 十五世祝

諸可敬神昆之安泰及宗徒之降福

夫至大至聖之任務，其爲吾主耶穌基
利斯督，言歸聖父之頃，所託付門弟
子者，曰，『汝其往普世傳佈福音於
萬民』也。此任務斷不以宗徒在生爲
限，然當以其嗣位之人繼承之而不絕，
不絕至世界終窮，不絕至世上有人尙
賴真道可獲救乃已。

由是『門徒即起程遍地傳揚』天主真
言，卒至『彼衆之聲傳出普地，彼衆之
說徧及坤輿』。而聖教會不忘主命，
歷世以來，從未間斷遣使四方，佈告
天主傳授之道妙，輔相基利斯督爲人
類救得之常生焉。

tios et administros in omnes partes
mittere.

Illo ipso enim trium saeculorum
spatio, quo ad Ecclesiam recens
natam opprimendam, alia ex alia,
excitata ab inferis persecutio desae-
viit, cum omnia Christianorum
sanguine redundant, vox tamen
Evangelii paeconum late Romani
imperii fines pervagata est.

Postquam vero pax et libertas
publice est Ecclesiae data, multo
maiores in apostolatu progressus toto
orbe fecit: quo in genere praeclaris
vitae sanctimonia viri utilissime
elaborarunt. Ex his Gregorius Illu-
minator Armeniam christiano nomini
adiungit, Styriam Victorinus, Ae-
thiopiam Frumentius; tum parit
Hibernos Christo Patritius, Anglos
Augustinus, Columba Palladiusque
Scotos; deinde illustrat Evangelii
luce Hollandiam Clemens Willibrordus,
primus ille Ultraiectensem
Episcopus, Germaniae populos Boni-
facius et Ansgarius, Slavoniae autem
Cyrillus et Methodius ad catholicam
Fidem traducunt.

Deinceps multo latior campus
hominibus apostolicis patere coepit,
cum Gulielmus de Rubruquis Fidei
facem Mongolis intulit, cumque
beatus Gregorius X primos missiona-
les legavit in Sinam: quos subinde
Francisci Assisiensis alumni con-
secuti, non exiguum ibi constituerunt
fidelium ecclesiam, quam haud multo
post persecutionis orta tempestas
dissipavit.

蓋當首三世紀欲摧抑新生教會，獄魔
正狂煽風波層出不已，而信人之血方
到處殷流，但開闢福音先路之聲，已
廣被於羅馬帝國之四境矣。

迨後聖教會既得公然享受平安與自
由，則宗徒之事業愈益張大於普天之
下，類如聖德有名之士，其勳勞之收效
亦良多也。就中有額我略號光照者，
實引歸亞爾默尼亞於基利斯督名下者
也，而未多利諾則引歸司第利亞焉，
弗羅門又引歸哀弟約比亞焉。爾時
巴特利之於愛爾蘭，奧斯定之於英
吉利，高隆巴及巴特弟烏之於司高弟，
皆使基利斯督而得常生者也。其後
以福音之光照，照荷蘭國者，則有
格肋孟及理布勞爾，是乃烏特拉也登
第一司牧也，其勸化日爾曼人信受基
利斯督者，則有波尼法爵及安斯加略，
而勸化司拉弗人，則為西西里與麥多
弟烏也。

自是而後，步武宗徒之人得見開教之
區益加推廣，於是時魏列而莫字路白
路克者，已將東信之炬，燭彼蒙古，
而真福額我略十世，又多遣首先開教
者於中華焉，緣此接踵而往者，則有
方濟各、亞西西新之門弟，所建信人會所
不為不多，乃不多時接仇敵之風波大
作，遂至散亡焉。

American autem detecta, virorum apostolicorum agmen, in quibus praecipue commemorandus est Bartholomaeus Las Casas, Dominicani Ordinis decus ac lumen, miseros indigenas cum ab hominum dominatu improbo tuendos, tum ex daemonum durissima servitute eripiendos suscipiunt; intereaque Franciscus Xaverius, dignus is quidem qui Apostolis ipsis comparetur, cum in Indiis Orientalibus et in Iaponia pro Christi gloria animarumque salute mirifice desudasset, ad Sinensis limen Imperii, quo iam tendebat, emoritur, quasi discessu suo aditum patefaciens novae Evangelii praedicationi in illam regionum immensitatem, in que erat futurum ut e tot inclytis religiosorum Ordinibus et Missionarium Familiis homines Fidei propagandae studiosi, tantas per vicissitudines rerum ac temporum, apostolatum obirent.

Postremo continens ea quae ultima patuit, Australia, itemque Africæ interiores tractus, audacia constantaque recentiorum explorati, christianaæ Fidei nuntios accepérunt; ac fere iam nulla est intra vastissimum mare Pacificum tam remota insula, quo non Missionarium nostrorum virtus actuosa pervaserit. Ex iis autem plurimi extiterunt, qui cum fratribus salutem quaererent, ipsi, Apostolorum exemplo, ad sanctitatis fastigium pervenerint, nec pauci, qui, apostolatum martyrii laude cunctulantes, Fidem profuso sanguine confirmarint.

及至亞美利亞洲甫經尋獲，而教宗徒之士衆，其中首當紀念者，厥為巴爾多祿茂拉司加撒，誠多明我會之榮耀光明也，專以捍衛哀憐無告之士著為己任，一則免受外人之虐待，一則爭脫魔鬼之囚虜焉。同時又有方濟各沙勿略，其人者，實足與宗徒比並，在東印度及在日本為顯樂基利斯督及救拔生靈事，亦既勞瘁異常矣。乃又謀入中華抵邊關而逝世，儼若以其長逝也者，為開新布福音之路，以通此廣廓之區，俾後在華有如許著名之修道會，傳教會，熱切宣揚聖信之人，得經種種時事之變遷，猶可擔任宗徒之事業也。

最後乃尋獲澳大利亞之洲，而亞非利加腹地，亦由新進之奮勇堅毅探測溝通，業皆領受基利斯當聖信之宣言矣。於是跨極太平洋之浩瀚，幾無違絕之島嶼，不為吾傳教之士有作有為之毅力，所深入而周邇者也。况教士之中既以同胞之得救是圖，其奉宗徒之芳表，冀登聖域之極峯者固多，而於宗徒任務之上，冠以致命之榮，毅然流血證明信德者正復不少也。

Maximum illed

Iam vero tot tantosque labores a nostris in Fidei propagatione exantatos, tanta studia posita, tanta invictae fortitudinis exempla edita considerantibus, vehementer demirari licet, innumerabiles tamen esse adhuc qui in tenebris et in umbra mortis sedeant; siquidem ethnicorum habita recenter ratione, ad decies milles centena millia numerantur.

Nos igitur, tam immensae animarum multitudinis lacrimabilem sortem miserantes, cum, pro Apostolici sanctitate officii, nihil habeamus antiquius quam ut beneficia eis divinae Redemptionis communiceamus, equidem plurifariam in orbe catholico increbescere illa, Dei nimirum Spiritu commota, studia bonorum in Missionibus exteris provehendis et explicandis, libenti sane gratoque animo videmus. Itaque ad ea ipsa studia fovenda usque quaque et incitanda, ut Nostro est muneri summisque votis consentaneum, lumine auxilioque Domini magnis precibus implorato, has vobis, venerabiles Fratres, mittimus litteras quibus vos vestrosque clerros ac populos hortamur, significantes quemadmodum huic gravissimae causae prodesse possitis.

Primum omnium ad eos Nostra spectat oratio, qui, ut Episcopi aut ut Vicarii Praefective Apostolici, sacris praesunt Missionibus: ipsis enim cura omnis proxime incumbit Fidei propagandae, in iisdem prae-assertim spem amplificationis suac habet Ecclesia repositam.

言念我人，爲敷宣聖信所服勤勞，既若此多般矣，所盡心力，如此其巨，所樹堅強不屈之儀型，又如此其盛大，而坐於黑闇死影之中者，依然不可勝數，能無驚訝欲絕也哉。蓋以最新之統計，教外人尚有十萬萬之多云。故余哀念如許靈魂，數既衆多，而他位又堪痛哭，按宗徒聖職使共沾天主救贖之恩，余無有更先之務矣。迺者普世公教善人等，於開拓展申遠方傳教之義舉，因天主聖神之感動，既實多且繁日增月盛矣，余見之誠心感心謝。故爲相機提倡策勵進行此等之義舉，一如余職分及榮願之所宜，又多行祈禱之工求主光照扶助，乃致是書於汝可敬諸神昆焉，將以勸勉汝暨汝鐸曹與教民等，爲欲講明此等重要事務，有何良法可利遵行也。

茲余所陳言，首對於諸司牧諸代牧諸監牧，即凡主任傳教聖務者是矣，蓋聖信之傳揚，其責任關係於彼者爲最切，聖教之廣揚，其希望倚仗於彼者爲特甚。

Quamquam non ignoramus quo fere sint ardore apostolatus, probe que novimus quae quantaeque iis vincendae difficultates fuerint, sub undaque discrimina, his maxime postremis annis, non modo ne de suis praesidiis stationibusque decederent, sed ut regnum Dei etiam dilatarent. Ceterum, eorum erga hanc Apostolicam Sedem observantia ac pietate perspecta, confidenter ipsis, ut filii pater, animuim Nostrum aperimus.

Hoc igitur ante omnia cogitent, se saue quemque Missioni tamquam animam, ut aiunt, esse debere. Quamborem suis sacerdotibus certisque sui muneric adiutoribus bono sint, verbis factisque, documento, animosque ac stimulos addant ad sequenda usque meliora. Quotquot enim quoquo pacto in hac vinea Domini operantur, experimento cognoscant oportet, planeque sentiant Missioni praesidere patrem, vigilem, diligenter, caritatis plenum, omnes et omnia summo studio complectentes, qui suorum rebus gaudeat prosperis, condolescat adversis, conatus coepitque laudabiles secundet atque adiuvet, qui denique subditorum quaecumque sunt, ut sua propria respiciat. Omnino, prout una quaque gubernatur ita varia est condicio et fortuna Missionum: quibus proinde valde perniciosum evenire potest, si quis ineptus minusve idoneus praeponatur.

Plerumque enim quisquis patriam carosque propinquos deserit, christi-

至其傳教之熱忱爲何等，余豈不知，其應制勝之困難，遭遇之危難爲何等多且大，而自頃年來，不但於其所建設及所進行，令無退轉而已，又當使天主國有以發皇，事之重大，固余所深知也。再者彼等之對於宗座，具恭順孝愛素所著明，爲此，誠懇希余腹心若父與其子者然。

以故諸務之先，一切主任首當思念者，即如俗云，各爲所管傳教區內之靈魂也。故宜以言以行身立善教，教彼所屬之司鐸，及凡助彼職務之人，更宜增益其精神而策勵之，惟擇尤善者是適是從也。蓋凡屬於主之葡萄園者，無論何若，當使人人因經驗而知之，了然覺悟現今主任傳教區者，乃真慈父，勤敏誠懲富於仁愛者也，各人各物，皆以極精之思慮，而繫繩之懷抱之，僚屬事順則與同樂，事逆則與同憂，有所維護有所創設，其可嘉許者，無不扶持而贊助之，總之，無論僚屬有何事，視如己身之事而已。大抵傳教各區，其境地與遭遇，悉觀其管轄其區者爲何如，若居其上者不足以任，或微有不稱，則其殃及該區者可至巨也。

且夫人離母國遠至親，志至傳揚基利

ani nominis propagandi causa, is longo saepiusque periculo itineri se committit, alacer et promptus ad durissima quaeque toleranda, dum quam plurimas Christo animas lucretur. Qui si diligenti praeposito utitur, cuius sibi omnibus in rebus adsit prudentia et caritas, non est dubium, quin fructuosissima futura sit eius opera; sin autem, valde est timendum ne, laboribus incommodeisque paulatim defatigatus, ad extremum deficiat animo desidiacque se dedat.

Praeferea qui Missioni praeest, eurare in primis debet ut eam usque promoveat pleneque explicet. Et enim, cum ea regio cuius terminis sua Missio circumscribitur, omnis quam longe lateque patet, ipsius sit mandata curae, profecto omnium quotquot eadem in regione incolunt, ipsi omnino quaerenda est salus sempiterna. Quamobrem si ex ingenti multitudine aliquot millia ethnicorum ad Fidem traduxerit, non ei fas erit in hoc acquiescere. Accuret quidem, tueatur et foveat eos quos iam Iesu Christo peperit, nec sinat ex eis dilabi quemquam et interire. Verum ne putet se fungi, ut oportet, officio, nisi ceteros etiam, quorum fere est nimio maior numerus, veritatis vitaeque christianaem compotes facere pro viribus et sine ulla intermissione contendat.

Itaque ut ad aures singulorum eo celerius meliusque Evangelii praedicatio perveniat, multum proderit alias subinde missionalium stationes

斯督之名者，率涉長途時冒險阻，必歡欣踴躍迎受諸般痛楚，祇望能為基利斯督多救靈魂而已。乃如之人苟得一誠懇之長上，長上之賢明仁愛，必於諸事有以左右之，則他日之施為，其多收效果可無疑。苟為不然，保無漸因勞苦及拂逆之頻仍所困，終至心神不振，而自縱於怠荒者有矣，不大可危懼也哉。

再者凡傳教之區，其主任自當以區內之進行無已，發展無餘者，為第一要義。蓋為教務劃分之疆土，廣袤不論如何，既以全境任命之矣，則居其土者，人人得獲常生，當然為主任者之職務。縱或於大多數教外人中，引之信教者已有若干千數人矣，斷不可因此心安意足。其已得受生於耶穌基利斯督者，固當勉力之護助之撫育之，勿使有一人失迷而死也。然即自信供職，如職所宜，則不可，必孜孜然盡力無少間，使其他極大多數之人，亦能領受基利斯督之真道與常生乃可。

故欲人人得耳福音宣講之言，愈速且易，按其裨益頗多者，即於傳教之區，隨時別建總分治所任所，以備將來改

et sedes constituere, futuras tamquam totidem centra Vicariatibus aut Praefecturis novis, in quas, cum opportunitas adfuerit, eadem Missio dividatur. Quo loco debitas tribuimus landes Vicariis Apostolicis, quotquot sunt qui ea ratione, quam diximus, regno Dei nova semper incrementa parant: eamque in rem si domesticorum adiutorum copia sibi non suppetat, eos ex aliena religiosorum familia vel societate libentissime accipere consueverunt.

At contra, quam non probandus ille foret qui Dominici agri partem, sibi assignatum ad excolendum, tamquam suam propriam possessiōnem haberet, quam prorsus nollet alienis manibus attingi. Quanta vero subeunda ei esset divini iudicij severitas, praesertim si—quod saepius contingere memoravimus—christianis non ita multis circumfusa esset multitudo ethnicorum, quibus quidem erudiendis quum ipse cum suis verbi ministris non sufficeret, nollet aliorum operam advocatam adhibere.

Atqui catholicae Missionis praeses, cui nihil aliud cordi sit nisi Dei gloria et salus animarum, undique ad sanctissimum munus adiutores, cum opus fuerit, conquirit, nec ii qui sint, suae an alienae familiae aut nationis, quidquam pensi habet, *dum omni modo . . . Christus annuntietur*⁽¹⁾: nec solum adiutores, sed adiutrices etiam, idest sorores religiosas adhibet ad scholas, ad

(1) *Philipp.*, 1, 18.

作若干新代牧，或新監牧區域之中央，待時機已至，不難將原有教區一一劃分之。因此余所極願讚揚者，即諸代牧志事恰符余上所言，恒籌增廣天主國日新又新，設或助理之人，同儕之數，不足以應付所事，則取才於本會本團修士之外，固其意所極樂，而心所素存者也。

反是，而以天主之田園，盡歸其經理之一分，竟據爲獨有，若私產然者，至不願有一毫得經他人之手，則其當謂謨爲何如耶。尤其教友之數本不多，而四圍錯居之教外則極多，（此余所痛陳者固往往而有也，）職既當訓導之矣，而已與所屬講道人數實不勝任，乃猶不肯徵用他人相助爲理，則其當被天主審判之嚴，復何如耶。

然而以傳公教爲主任者，心之所切本該無他，除非顯榮天主，超拔人靈而已，遇必要時，應從各方面徵求輔佐，佐我至聖之仔肩，其爲本會本國人，抑他會他國人歟，何足槩念，只以各法傳揚基利斯督。且輔佐之人不獨士子，又有女士若修女輩者，用之於

orphanotrophia, ad nosocomia, ad domus hospitalis, ad cetera caritatis instituta, in quibus novit, Dei providentis nutu, incredibilem quamdam vim ad fidem latius proferendam inesse.

Ad haec bonus Missionis praefectus non se intra suos fines continet, quasi aliena ducat omnia quae foris fiunt, sed, urgente caritate Christi, cuius ad gloriam quidquid intersit, sua multum interesse putat, cum collegis finitimi amicitiam et necessitudinem studet habere. Multa enim saepe existunt communia negotia ad eamdem regionem pertinentia quae, ut patet, nisi communiter, expediri non possunt.

Sed praeterea magno cum Religionis emolumento Missionum praesides, quotquot poterunt, in unum statim temporibus convenient, ut consilia inter se conferant, mutuisque alloquiis confirmentur.

Denique illud est quo quicunque Missionem regunt, ii suas praecipue curas oportet habeant conversas, ut sacrorum ministros de gente ipsa, in qua versantur, edacent atque instituant: id quod novarum ecclesiarum spem maxime continet. Nam sacerdos indigena, utpote qui ortu, ingenio, sensibus studiisque cohaereat cum suis popularibus, mirum quantum valet ad Fidem eorum mentibus insinuandam: multo enim melius, quam quisquam alias, novit quibus modis quidpiam eis persuaderi queat. Ita saepe fit ut illuc faciles aditus

學堂，育嬰堂，醫院，病院，及諸慈善之建設，以上種種特主眷懷，知其中有不可思議之神能，以廣傳聖信焉。

準此則善堂一傳教之區者，勿以區界自封，視凡界外之事，宛如局外之事也，惟以逼於愛基利斯督之心，凡與基利斯督之光榮有關者，則認為實關於己也，當然與鄰界諸同寅，思所以通聲氣而教往來矣，蓋往往有許多事件，每與一方公共情形有關係，設非公共解決，其不能也固顯然明白。

然則大有裨於教會者，即傳教區所有主任，能一一於約定時期，同聚一堂，使彼此得交換意見，而以互相討論者匡扶磨勵也已。

今最後一言，凡管領一區傳教者，真要重先務，當就所在民族，使族人充聖職，而陶鑄之建設之，此與新厄格勒西亞所據以有希望者甚大也。因本地司鐸與本地人民，世籍天資感覺與心思皆自相投合，則其能以信德漸漸本地人心，當何等驚奇耶，且較其他一切人等，總知何法可令輸誠服教，加以地方上又可隨便進出，往往為外

habeat, quo advenae sacerdoti pedem inferre non licet.

Iam vero clerum indigenam, ut speratos fructus afferat, omnino necesse est bene conformare et fingere. At nequaquam satis erit ad hoc institutio quaedam inchoata et rudit, talis videlicet ut quis ad sacerdotium ineundum evadat idoneus, sed plena debet esse perfectaque et numeris omnibus absoluta, qualis sacerdotibus cultarum gehtium tradit solet. Neque enim clerus indigena eatenus parandus est, ut missionarios advenas, humilioribus ministeriis addicti, adiuvent, verum ut ipse, per divino muneri obeundo, recte possit, populi sui gubernationem aliquando suspicere. Nam ut Ecclesia Dei catholica est nullamque apud gentem vel nationem extranea, ita consuetaneum est ex una quaque gente sacrorum ministros exsistere quos divinae legis magistros viaeque ad salutem duces sequantur populares sui. Ubi cumque igitur adsit quantum sat est indigenae cleri eiusque bene instituti et vocatione sua sancta digni, ibi Missionarii opus feliciter expletum ecclesiamque praecclare esse fundatam iure dixeris. Quod si forte ad eam labefaciendam procella dein persecutionis oriatur, non verendum est ne, eo fundamento iisque radicibus, non sit hostiles impetus latura.

Hoc enimvero tam grave muneris officium ut ex veritate aestimarent diligenterque exsequerentur, semper

國司鐸，欲置足而不能者矣。

然欲本地鐸曹，克如期望而收功效，第一要務是善於陶鎔善為造就。但勿當以一種初級粗淺之教課，使僅僅能行司鐸事，為已庶幾有成也，必當以充足圓滿科目詳盡之教課，一如文明國例當施於司鐸者然。蓋籌備本地鐸曹，非令其以較卑之服務，輔佐外來之傳教人也，乃令其負荷天主之任命，於管理本籍人民，終有一日確能承受之也。誠以天主聖教既屬至公，公則無一國民，無一邦族，可目為外來之客教，然則各國人民，當然有居聖職神司者，為本籍民人等主誠之明師，救靈之先導，而從順之矣。以故不論何地，凡本籍鐸曹，治理頗敷，學術頗優，而於本位聖召亦足以相稱，然後人謂其地傳教之功業已慶告成，教會之根基已然確定，是乃理所至當。縱或而今而後，仇敵之風波大作，思有以摧殘之，但其地教會，既得此基礎，具此根荄，仇敵之猛攻，庶不罹其肆害也矣。

承上所言，如此重要職分，宗座已再三諱促各方傳教區長，真心注重實力

apud Missionum rectores institit Apostolica Sedes: cuius quidem in hoc genere studium clare indicant vetera et recentia huius Urbis Collegia clericis exterarum nationum instituendis, praesertim Orientali ritu. At, post hanc instantiam Pontificum, dolendum est, regiones esse, in quas abhinc pluribus saeculis catholica Fides illata sit, atque ubi tamen clerum indigenam, nisi deterioris notae, non reperias: item populos esse nonnullos, mature Evangelii luce illustratos, qui ex barbaria ad eum iam humanitatis gradum emergerint, ut in omni civilium artium varietate praestantes viros habeant, qui, cum multa iam seccula salutari Evangelii Ecclesiaeque virtute sint affecti, tamen adhuc nec Episcopos, a quibus regerentur, nec sacerdotes, quorum disciplina civibus imperitaret, efferre potuerint.

Apparet igitur mancam mendosamque esse rationem ad hunc diem alicubi usitatam in educando clero qui se ad Missiones applicet: cuius quidem incommodi removendi causa, Sacro Consilio Propagandae Fidei mandamus, ut quae variis regionibus opportuna sint, constituat, et Seminaria, quae regionibus singulis pluribusque simul dioecesibus usui sint, vel condenda curet vel condita iam recte gubernanda, praesertim vero sollicitum sit quemadmodum novus in Vicariatibus ceterisque Missionum locis clerus adolescat.

Iam vos alloquimur, dilectissimi Nobis Filii, quotquot estis, Domini-

奉行矣。夫宗座關懷此類之評議，則羅馬修學院，有古有今，用以陶植外方神品，尤以陶植用東方禮者，皆可證明之也。乃經歷代教宗諄諱訓勉以還，惜乎尙有多處，迄今已數百年為公教信光所朗照，而求本籍之鐸曹，非名次較低者不可得也。且間有數國人民，早被福音之光化，步趨人道而棄猿俗，馴致各種文明之藝術，皆有超衆之人材，又有閱多世紀，為福音與教會超生之道力所薰陶者，然尙不能鄉貢司牧等，而受其統治，或司鐸等，其典型足以感格鄉人者也。

從知各處至今，所習用以陶冶鐸曹，供傳教之職者，其規制不無殘缺不完，謬訛不當之處。余思有以去其阻礙，特命傳信部院，按殊方異域所可適宜者，而規定之，其修道院或為每一分區所獨用者，或為多數牧區所共用者，凡應建設者則圖維之，凡已建設者則釐正其管理之方，但尤當加意要勤，凡屬代牧與否之其他傳教各區，所有新神品等，務使長養有成也。

余今告爾有衆，至親愛諸神子，既一

cae vineae cultores, quorum in manibus proxime posita est, cum christiana sapientiae propagatione, tot salus animarum.—Principio veretur vobis semper ante oculos eucellentia magnitudoque munera, in quod vester insumitur labor. Divinum est prorsus longeque ab humanarum rationum exiguitate remotum, quod vobis propositum est, iacentibus in mortis umbra lucem admoveare et ruentibus in interitum caeli viam aperire.

Intelligentes igitur vestrum unicuique dictum a Domino: *obliviscere populum tuum, et dominum patris tuu*⁽¹⁾ memineritis non hominum debere vos imperium propagare, sed Christi, nec patriae quae hic est, sed patriae quae sursum, cives adiicere.

Ac miserum sane foret, si qui ex Missionariis ita suae dignitatis immemores viderentur, ut potius de terrena patria quam de caelesti cogitarent, ejusque plus aequo studerent potentiam dilatare gloriaque super omnia extendere. Esset haec quidem apostolatus pestis teterima, quae in Evangelii praeccone omnes caritatis animarum nervos elideret, ipsiusque vulgo debilitaret auctoritatem. Homines enim, quantumvis barbari et immanes, satis bene intelligunt quid sibi velit, quid ab eis quaerat Missionarius, sagacissimeque odorando perspicuunt, si quid aliud, ac ipsorum spirituale bonum, expectat. Fac vero eum terrenis ali-

一備作於主之葡萄園，是則在爾掌握之中，有如許人靈而待救援，及基利斯督之上智，而待開揚者，至切近也。

爾有衆第一要心目前，思維職務之崇高闊大，爾所殫竭勤勞而不置者何耶，此與世人小知小識相去遠甚，蓋所託付於爾者，乃神乃聖，乃凡倒臥於死影者，而移近以光明，奔墮於死亡者，而開示以天路也。

故洞明『忘爾鄉民忘爾父家』是向爾各人言之者，則當省念爾非傳布世人之邦國，乃傳布基利斯督之邦國者也，亦非爲在世之本鄉，乃爲在上之天鄉而收錄郡人者也。

噫哉哀痛矣，假如見有傳教之士，竟忘却本身位分，乃至思維天國，不如世間之母國，母國之威權，出乎中道之外而申張之，母國之光榮，加於萬有之上而擴充之，此實爲宗徒功用，極猛之疫診。使傳福音之喉舌，於愛靈之筋力全弛，而於民間亦虧損其信用之權也。蓋人即光體相魯，亦頗知傳教士自所謀者伊何，求於被者伊何，苟非彼衆之神益，而別有所營求歟。則其尋聲逐臭，亦頗姦利無前，有不期然而覺察者矣。設令傳教士但有幾分參用塵世謀爲，并不全以宗徒之

(1) Ps. XLIV. 11.

qua ex parte inservire consiliis, nec se virum undique apostolicum gerere, sed suae quoque patriae negotia procurare videri: continuo omnis eius opera in suspicionem veniet multitudini: quae quidem facile adduci poterit in eam opinionem ut christianam religionem qui amplexus sit, subiecisse se tutelae imperioque civitatis exteræ, propriaeque civitatis ius exuisse videatur.

Magnæ Nobis quidem aegritudini illa sunt de rebus Missionum commentaria, quae hisce postremis annis vulgari copta sunt, in quibus non tam studium apparet Dei regnum dilatandi, quam propriae civitatis amplitudinem augendi: miramurque in eis nihil curari quantum haec abalienent a religione sancta animos ethnicorum. Haud ita Missionarius catholicus, hoc dignus nomine: sed is, perpetuo recognitus, se nequam pro sua ipsius natione, verum pro Christo legatione fungi, ita se gerat ut quilibet sine ulla dubitatione agnoscat eius ministrum religionis quae, cum omnes complectatur homines, in spiritu et veritate Deum adorantes, nulli est nationi extranea, atque ubi non est Gentilis, et Iudeus, circumcisio, et præputium, Barbarus et Scytha, servus, et liber: sed omnia, et in omnibus Christus.⁽¹⁾

Alterum autem perdiligenter Missionario cavendum, hoc est ne alios quaestus velit facere quam animarum. Verum hac de re non attinet plura

(1) *Colos III, 11.*

爲人自處，且示人於本邦國事已亦宣動，則其種種事功，立即招來萬衆之疑惑，疑惑本易引人到此理想，即以基利斯督之教，爲某外洋邦族之私教云，而凡奉此教者，遂見以爲服屬於外洋邦國之保障與權攻之下，而反脫離本邦國之關係也名分也。

其致余以大病者，厥惟所發近年教務周刊等記註，記註中顯見其猷，爲於恢張天主國，不如增益本邦國之版圖也，再余所駁怪者，其人曾弗絲毫顧慮，已所記註者，足以譖間外教人心距遠聖教爲何等耶。

夫傳公教而欲名實相符詎可如此，然當常自回思，萬萬不爲本鄉邦族，實乃爲基利斯督効其使命，必如此立身行己，足使人人一無猶豫，即深信其爲教會之有司也。教會者，固包舉萬民，凡以神明以誠實欽崇天地大君者胥是，天地無一國民可屏諸身外國外，蓋『教中本無四裔與猶太，割身與未割，戎狄與夷蠻，敵讐與主人等類別，惟知有基利斯督真萬有萬類，基利斯督真在萬有萬類』而已。

又有一事傳教人當加意防閑，毋顧於人靈外，有其他營利之爲是矣。但此事不待多言也。蓋人爲貪利心所率縛

dicere. Nam quem cupiditas teneat luci, quomodo ille divinae gloriae studebit unice, ut oportet, in eamque promovendam, alios revocans ad sanitatem, paratus erit sua omnia vitamque ipsam impendere? Accedit quod ob eam causam multum ei decederet ructoritatis apud infideles, maxime si, quod proclive factu est, studium rei quaerendae in avaritiae vitium iam abiisset; euius quidem sordibus nihil est nec hominibus contemptibilis nec Dei regno magis indignum. Bonus igitur Evangelii propagator per studiose in hoc etiam sequetur gentium Apostolum, cuius non solum est illa ad Timotheum hortatio: *habentes alimentia, et quibus tegamus, his contenti simus*⁽¹⁾, quandoquidem usque eo laudem abstinentiae magni facit ut, operosissimi muneris distentus curis, tamen labore et manu sibi victimum compararet.

Sed enim Missionario, priusquam ad apostolatum accedat, adhibenda est praeparatio diligens: quamquam quispiam dicat non esse tot rerum scientiam ei necessariam qui gentibus ab humanitate remotissimis sit Christum nuntiaturus. Nam, licet controversia esse non possit quin ad salutarem animorum conversionem plus virtutum ornamenta valeant quam litterarum, tamen si qui bono tamquam commeatu doctrinae non sit instructus, multum sibi saepe sentiet deesse praesidii ad sancti ministerii fructum. Neque enim is

者，如何能壹意圖維天主之光榮，悉如其職之所宜。乃又止爲不顯主榮，康濟人於安全之地，遂甘心罄竭其所存與性命耶穌。加以爲斯之故，損減其信用於教外人前者實多，若營求財物之心，心以從惡之如崩也，或已流爲慳吝之惡習，則損減尤銳甚，况吝惡之穢德，無有更爲人輕賤者，亦無有更爲天主國尤不相宜者也。故善佈福音者，又當於此勉隨四裔宗徒之後，且不獨於其勸諭弟貌德所云，『有食，有衣之蓋體，當知足』已也，抑且於其推崇儉德之高風，甚至萬機叢集之躬，猶以勤勞手自謀食也。

但爲傳教士者於未赴宗徒職務時，即先當用精深預備之功，雖有人言，不須有如此衆多之學問，爲往與人文阻隔之人民，而傳以基督教也。蓋使人心改遷得救，雖道德之光儀較勝於文學，此固無可疑議者也。然苟不以道味之腴善自培養，則有許多可助收神職之功效者已將時感其困乏也。往往往是因舊習之無多，又少博學士可與

(1) I. Tim. VI, 8.

raro et librorum copia caret et doctorum, quos consulat, consuetudine, cum tamen respondere rogantibus, quidquid contra fidem obiecerint, quaestionesque dissolvere, vel perdifficiles, debeat. Ad haec, quo is se eruditorem ostendet, eo maior eius erit vulgo opinio, praesertim si in populo versabitur, apud quem in honore et in pretio sint studia doctrinæ; quo quidem in genere nimium sane dedecet veritatis nuntios a ministris errorum superari. Itaque, dum alumni sacrorum, quos Dominus advocet, ad apostolicas expeditiones rite instituentur, omnino eos in omnibus disciplinis, tum sacris tum profanis, quae Missionariis opus sint, crudiri oportebit. Id ipsum fieri, uti par est, in scholis Pontificii Collegii Urbaniani christiano nonini propagando volumus: in quibus etiam proprium magisterium scientiae rerum quæ ad Missiones pertinent, tradendæ posthac esse iubemus.

In iis vero quæ Missionarius percepta et cognita habeat necesse est, præcipue est numerandus, ut apparet, sermo populi, cuius se saluti devovebit. Nec enim contentus esse debet levi quadam huius cognitione sermonis, sed tanta ut expedite atque emendate loqui possit. Siquidem omnibus, imperitis aequæ ac doctis, debitor est, nec ignorat quam facile quis possit, bene loquendo, allicere ad benevolentiam animos multitudinis. Ac praesertim explicationem doctrinæ christianaæ

與往來諮詢，而凡有考求種種瓶瓶信德之端者，詳答之職所宜也，又凡疑問縱或難乎其難，剖析之亦職所宜也。爲此，愈見其練達，則民間推崇愈甚，若與相處之人民，以求道求學爲重爲榮者則尤甚。倘於此類，宣傳真道者，反爲從事詭道者所壓勝，亦太不成事矣。以故凡蒙主召，供傳教使命諸修道學生，學生時，應如法陶養之，而按各科課程，聖學歎俗學歎，凡爲傳教士所需要者，當一一教授之。上所言預備事，余亟願恰如理所當然者，亦推行之於啟宗牛而巴所設之傳教部大學院，院中余并命獨建一講座，與傳教職務有關之專門學，自今而後世世講授之。

夫傳教異地者，將致身超渡其人民也，自當有所講求有所精研，研求之必要首屈一指者，當屬異地之言辭。言辭僅略有所知，距可心自滿足，必也不能達意，而無乖戾詞理乃庶幾。蓋對於人人，庸衆歎，學士歎，其廳負之責等也。且誰不知人善辭說，何其能易致衆心輸誠服教耶。尤其傳教士果勤懇，則於講解聖教要理，不可委

non catechistis committat diligens Missionarius, sed hanc provinciam, velut sibi propriam, atque adeo ut potissimum sui muneric partem, ipse retineat, qui non est aliam ob causam missus a Deo, nisi ut Evangelium praedicaret. Eadem autem interdum contingit ut, tamquam religionis sanctae nuntius et interpres, primoribus populi se sistere debeat, aut in coetus doctorum hominum invitetur: tum vero qua ratione is suam tuebitur dignitatem, si sermonis inscita exprimere sua sensa prohi beatur?

Nos igitur hoc ipsum attendimus nuper, cum, catholici nominis apud Orientales incremento et propagationi consulentes, peculiare in Urbe studiorum domicilium instituimus, ubi qui apostolatum in iis regionibus obituri essent, gnari scientesque linguarum morumque Orientis, certisque praesidiis instructissimi evaderent. Quod quidem Institutum cum magnae opportunitatis Nobis videatur, hac utimur occasione ad exhortandos, quotquot sunt, moderatores religiosarum familiarum, quibus Orientales Missiones sunt demandatae, ut suos alumnos, iisdem Missionibus destinatos, ea disciplina excolendos expoliendosque curent.

At, qui se ad apostolicum munus recte accingit, unum necesse est ante omnia sibi comparet, utpote maximi momenti ac ponderis, vide licet, quod supra memoravimus, vitae sanctimoniam. Etenim homo Dei

諸助教問答之人，當視如獨有之權，職守中極重要之分而自操之，因奉天主差遣豈爲他故，無非使宣講福音而已。又問遇應如聖教中之信使經師也者，而與民間之首領相周旋，或爲文人學士邀相聚會，苟格於辭命之未諧，不克表證其所見，何以保守其分位乎。

近者余每繫懷此事，謀所以增多恢廣公教之名績，故於羅馬特建講學之鑾宮，俾願獻身修宗徒之業勸東方之人者，於東方語音禮俗，得以融會貫通，其餘應有之修能，亦得朝薰夕暮以遇往焉。此等建設，以余觀之大爲合宜，遂利用此機會，敦勸諸凡職掌修道之家衆，而奉任命傳教於東方之長上，務使所管學生擬往該方傳教者，咸得按此摸楷善自培植，而加以琢磨也。

然凡善自振奮効職於宗門者，必須有所修備焉，萬事之先，有一關係極大，又極重要之事，其即余上所言一生之施行乎。蓋欲稱揚天主者，須爲天

sit oportet, qui Deum praedicat; oderit peccatum, qui odisse peccatum iubet. Maxime apud infideles, qui sensu potius quam rationibus, ducuntur, multo plus proficit fidem exemplis praedicando quam verbis. Esto igitur Missionarius omnibus mentis animique laudibus praeditus. omnibus doctrinis excutus, omni humanitate politus; nisi haec cum morum innocentia cohaereant, parum aut nihil efficacitatis habebunt ad salutem populorum, imo plurimum et ipsi et ceteris obesse possunt.

Sit ille igitur in exemplum humilis, obediens, castus, sit praecipue pius, sanctaque orationi ac perpetuae cum Deo coniunctioni deditus, sedulo apud eum causam agens animarum. Quanto enim fuerit Deo coniunctior, tanto plus ei divinae gratiae et adiumenti impertinetur. Audiat autem Apostolum sic hortantem: *Induite vos ergo sicut electi Dei, sancti, et dilecti, viscera misericordiae, benignitatem, humilitatem, modestiam, patientiam.*⁽¹⁾ Harum ope virtutum patens planusque in animos hominum est veritati aditus, quibusvis submotis impedimentis; neque enim ultra est adeo contumax voluntas quae eis facile obsistat.

Ergo Missionarius, qui quidem ad similitudinem Iesu Domini flagret, caritate, cum vel perditissimos ethnikorum numeret inter filios Dei, utpote eodem divini sanguinis pretio redemptos, non eorum vel inhumanitate

主之人，諭令痛恨罪過者，須自痛恨罪過。何況未信之徒，其爲情感所左右勝於理論，則宣揚聖信，德表之爲功勝於口說多多矣，以故傳教者，固當富有神智心力爲衆所稱；漸摩以各種道藝，涵濡以各類人文，但弗附益以行誼之無愆，則於超救人民，其効力無多，或且一無所有，而能致害於已於他人者，則至鉅也。

因此傳教士須守謙讓命，而身心貞白，尤莫要於虔誠，專務祈禱聖功，與天主常相契合，又在主前爲衆居間懇切以求焉。蓋與主愈心契者，蒙主聖寵神助亦愈豐也。蓋聆宗徒之訓言，『汝衆應如天主所預選者，所作聖者，所鍾愛者，惟德是衣，衣仁愛之中腸，衣慈善謙恭端方與忍耐也，』藉此德行之功，用以潛除一切障礙，開一平坦之途，徑達人心，心志絕無如是冥頑，至能堅拒之而無難色也。

是故傳教者，果能如吾主耶穌愛德熾然，縱或外教中有無賴之極者，但既同爲天主所教所贖，自當列之於天主兒女之中，不因其無人道而生忿怒，

(1) *Colos III, 12.*

irritatur, vel morum perversitate percellitur, non eos despicit aut fastidit, non acerbe atque dure tractat, verum omnibus christianae benignitatis officiis studet allicere, ut ad complexum Christi, Pastoris Boni, aliquando perducat.

In quo illud Scripturae Sanctae meditari consuevit: *O quam bonus, et suavis est, Domine, spiritus tuus in omnibus! Ideoque eos, qui exerant, partibus corripis: et de quibus peccant, admones et alloqueris, ut relicta malitia, credant in te, Domine... Tu autem dominator virtutis cum tranquillitate iudicas, et cum magna reverentia disponis nos.*⁽¹⁾

Quid' vero est aut difficultatis aut molestiae aut discriminis, quod talem Iesu Christi legatum ab incepto remoretur? Nihil sane: nam, gratissimus in Deum qui se tam celso muneri destinavit, omnia quaecumque inciderint adversa et aspera ad tolerandum, labores, contumelias, inopiam, famen, mortem ipsam quamvis crudellem, magno complectitur animo, dum vel unam ex infernorum fauciibus animam eripiat.

Ita affectus animatusque, Christi Domini et Apostolorum exemplo, ad suum munus fungendum fiderenter Missionarius aggrediatur: sed omnem fiduciae suae rationem in Deo collocabit. Divinum est hoc totum, ut diximus, christianam propagare sapientiam, cum solius Dei sit

不因其風俗頹敗而加疎慢，不之眇視，不之厭憎，不猛不剛以相待，惟根教友憐悌之心，施諸德惠，謀所以誘導之，終有一日，納諸善牧基利斯督懷抱之中也。

準此有聖經一段，可常存想『主何其善哉哉，爾神之於萬物也。故於有過者則分番以譴罰之，犯罪者則責戒之捉命之，俾與罪惡分離，得信嚮於爾焉。主，乃自主其神能者，既寬和以審判我等，又大加虔敬以安排我等也。』

夫爲耶穌基利斯督之使臣而如此，尙何困難煩擾危疑之有，可令拋棄前功哉，蓋必無之事矣。且必竭誠感謝天主，主委己以如此崇高職任，任何違忤艱巨之投遺，爲堅忍一切，凡勞苦凌辱困窮饑餓死亡，死亡縱極凶殘，無不具大雄心以迎受之矣，祇願救拔一靈魂於地獄之口焉耳矣。

傳教士情所感發，心所操存，端於吾主基利斯督，及宗徒之坊表有如是，自可往奉其職而無懼。但己所憑恃諸理由，仍全在天主也。余已言，闡揚基利斯督之上智，全屬天主之工，蓋

(1) *Sap.* XII, 1—2, 18.

penetrare in animos, ut et mentes splendore veritatis illustret, et voluntates igniculis virtutum inflammet, et idoneas vires homini, ad sequendum efficiendumque id quod verum bonumque cognoverit, adiiciat. Quare, nisi ministro elaboranti Dominus adfuerit, is frustra contendet. Idem nihilo minus tamen strenue pergit pro instituto contendere, auxilio nimis rursum divinae gratiae, quae nunquam, eam roganti, defutura est.

Quo loco praetereundae silentio non sunt mulieres, quae iam inde a rei christiana primordiis egregiam operam studiumque Evangelii praeconibus navare consueverunt. Ac dignae sunt quae praecipua cum laude hic commemorenlur virgines illae Deo votae, quae in sacris Missionibus frequentes versantur, puerorum educationi, pietatisque et beneficentiae multiplicibus institutis addictae; volumusque hacc suorum commendatio meritorum illis ad bene de Ecclesia sancta merendum animos addat et alacritatem. Illae autem pro certo habeant tanto suam operam fore utiliorem, quanto magis suae ipsarum perfectioni spiritus studuerint.

Affari iam libet universos omnes, quicumque, magno Dei misericordis munere, verae sunt Fidei compotes et innumerabilia, quae inde manant, beneficia participant. Ac primum attendant oportet quam sancta teneantur lege sacris ad infideles Missionibus opitulandi. Etenim *mandavit*

惟天主能深入人心，以真實之光，朗照明悟，以德義之炬，熏熾欲司，并賦與人以相當之道力，使所知為真者善者，既信從之，又實踐之。故傳教人雖勞勤，主勿左之右之，勤奮亦徒然。然不可因此而不奮勵無前以趣事功，要惟仰恃天主聖寵之呵護，天主聖寵固未常有求之，而或負者也。

茲有不容默而置之者，厥惟婦女乎，婦女自發務開創之初，即殷勤輔助翼戴福音開道之先驅焉。其尤足稱讚記註者，即自獻於天主之貞女，貞女輩竭恭奔走於傳教之區，委身於教育兒童，及各種慈善之舉者久矣。余茲願稱述其功勳者，使其立功於聖教會，愈益振奮精勤而已。然當詳確無疑者，愈刻意勤求一己之修成，則所作之工亦愈占勝利也。

今願告語普衆，凡蒙憲憫天主之宏施，具有真正信德者，且緣信德得蒙無數恩賜者，首當注意，對於傳授未信之徒傳教者，衆有何等尊嚴之職分以贊襄之，蓋天主『命令各人念其親近』，

(Deus) unicuique de proximo suo⁽¹⁾; quod mandatum eo quidem urget gravius, quo proximum premit maior necessitas. At vero quod genus hominum magis fraternae opis indiget, quam infidelium, qui, cum Deum ignorent, caecis effrentisque cupiditatibus devincti' pessimam omnium, sub diabolo, serviunt servitutem? Quotquot igitur his illuminandis opem pro facultate attulerint, praesertim Missionarium operam adiuvando, ii et maxima in re officii partes expleverint et grates Deo acceptissimum in modum de Fidei beneficio persolverint.

Iamvero triplicis generis sunt adiumenta puae Missionibus afferri possunt, quaeque Missionales ipis rogare non desinunt.

Primum est, quod quidem cuique praestare licet, ut propitius eis Deus invocetur. Semel iterumque iam diximus inanem atque irritum, a Missionarii insumptum, laborem fore, nisi eum divina gratia fecundarit, Paulo testante qui ait: *Ego plantavi, Apollo rigavit, sed Deus incrementum dedit*⁽²⁾. Huius autem gratiae impetrandae una via est eaque in perseverantia humilium precum consistit, nam *de omni re, quancumque petierint, fieri illis a Patre meo*⁽³⁾ dicit Dominus. Quae preces, si unquam alias, sane effectu carere non possunt in hac causa, qua nulla praestantior, nulla gratior

親近之禍災愈大，則命令之煎督之也亦愈嚴重。然人類之急需兄弟相援者，孰有甚於未信之徒，既不識服主，而爲無目無鬚之情慾所牽拘，真屬魔權之下，萬般奴隸無更憚痛者矣。故凡各量財力資助以光耀之，尤其輔翊傳教人之善舉者，可謂於極大之事，克充道誼之分，又以極歡愉之致，報謝天主信德之恩也。

但所謂輔翊云者，其類有三，皆足以股肱傳教，而爲傳教士所不斷虔求者也。

第一爲人人可自尋者，即仰求天主福慶傳教是矣。

余已一再言之，傳教士雖殫竭勤勞，苟無天主聖寵滋培之，皆泯沒而無用。聖保祿有言曰，『吾栽植之，阿資勞灌溉之，然惟天主與以生長，』而求得此聖寵惟一之途，端在謙恭祈禱有恒而已，誠以吾主有言，『於種種事，凡有所求者，我父將與以有成也。』今於此事而有請求，他事姑弗論，此則於天主無更嘉尚者，無更快

(1) *Ecccl., XVII, 12.* (2) *I Cor. III, 6.*

(3) *Matthaeus, XVIII, 19.*

Deo est. Quemadmodum igitur dum Israelitae cum Amalec praelabantur, interea Moyses in summo colle divinam eis opem sublati manibus impetrabat, ita Evangelii propagatoribus laboriose in vinea Domini se exercentibus omnes debent Christifideles sanctarum precationum ope suffragari. Cui quidem officio rite exsequendo cum proprie institutus sit *Apostolatus precationis* qui dicitur, cum his vehementer bonorum universitatibus commendamus, optantes ut nemo se ab eius consortione abstineat, sed velint, quotquot sunt, apostolici laboris si non re at studio esse particeps.

Secundo loco, Missionarium paucitati medendum est; quae cum antea non exigua esset, summa iam facta est confecto bello, ut multae Domini agri partes a cultoribus videntur. In quo vestram praecepit, venerabiles Fratres, advocationem desideramus diligentiam; vosque rem facturi estis vestro religionis amore in primis dignam, si et in clero et in Seminario dioecesano apostolatus semina, quae quis forte sibi inesse ostenderit, studiose foveatis. Nec vos ulla species recti decipiat aut humana aliqua ratio permoveat, quasi, quod exteris Missionibus permiseritis, id de utilitate dioecesis vestrae detraxisse videamini. In locum enim unius quem dimiseritis foras, plures, domi sacerdotes perutiles Deus vobis suscitabit.

懲者，其不能闡無功效有斷然矣。故如義撒厄人方與阿瑪勒之戰爭也，時則有每瑟在山巔，舉手仰求天主以援助焉，今傳布福音之士，在主葡萄園劬効自效時，諸為基利斯督信徒者，不當以祈禱神工擁護之乎。正為善盡此職，所以有名為虔禱宗會者之設焉，是會也，余特叮嚀嘱付善信徒衆，甚望無人自外於是會，苟不能以事實，要皆願以心志，預與宗徒事業之勤勞也夫。

第二事傳教人之關乏，應有以補救之。以前本即無多，於今戰事告終，其少已極，致有吾主許多田畝，治佃無人。為此余特屬望於爾等之忠勤，最可敬神昆，事在爾等力行之，無更足為愛護聖教之微者，倘於所屬鐸曹及修道院內人，苟顯有宗徒道種，則當勤勤懇懃以滋培之。勿為表面之逕，俗人之見所惑動，儼如容許在外傳教，即於爾收歸之利益有虧也。蓋遣一人往外，天主將於區內，為滿曹振興多有用之司鐸以代之矣。

Qui vero Ordinibus Institutisve religiosorum praesunt exteris coalentibus Missiones, oramus et obsecramus, ne ad tantum opus nisi sodalium lectissimos destinent, eos scilicet qui et vitae innocentia et devotionis ardore et animarum studio praestare videantur. Idem autem cum Missionarios suos cognoverint in aliquo populo ab impura superstitione ad christianam sapientiam traducendo feliciter esse versatos, ecclesiamque ibi satis firme fundasse, eos, ut electos milites Christi, ad aliam gentem ex diaboli manibus eripienda transferant, et quidquid ab illis iam quaesitum Christo sit, aliis, cultura promovendum in melius, haud inviti relinquant. Quo pacto, optimam facientes tamquam messem animarum, uberrima quoque suis Familiis divinae bonitatis munera acquirent.

Denique opes et eae non ita tenues requiruntur ad Missiones tuendas, maxime cum earum necessitates ex bello in immensum creverint, tot scholis et nosocomiis et dominibus hospitalibus et gratuitis rerum diribitoribus aliisque sublatis extinctis. Hic enimvero bonos omnes appellamus, ut liberales pro facultatibus existant. Nam Qui habuerit substantiam huius mundi, et viderit fratrem suum necessitatem habere, et clauserit viscera sua ab eo; quomodo charitas Dei manet in eo? (1) Ita quidem Ioannes Apostolus, de

凡管領精修等會，會務傳教外方者，余且求且懇，其委赴若爾神工者，要莫非會中之上選，形於外則品行無瑕愛主熱而救靈切者也。又凡管領者，既知本會傳教士，頗能善導某族人民去其舊染之異端，歸向基利斯督之上智，且立有基礎鞏固之教會者，此乃基利斯督之精兵，宜遣往他處，使振拔其人民於魔鬼之手，且凡爲基利斯督所尋護者，甘留與他人培植長成益一臻於善，而無所吝惜焉。夫如是，其救靈也不啻收穫之豐饒，而各人本會將蒙天主仁愛之施，亦極濃厚也。

最後則財源也，所亟需以保持傳教事務者，且孔多矣，尤其大戰以後，其需要之增加至無限量，誠以如許多之學校，施醫院，留養所，及其他救濟貧困等施設，俱被摧殘盪滅無存也。余由是向諸善人等爲將伯之呼，呼起好施之德，各如財力以自量也。蓋凡有今世貨財，見兄弟有急難，而封鎖其慈腸者，愛主之德何能存在於彼

(1) *Ioan* III, 17.

illis loquens qui rerum externarum necessitate premanitur. At quanto est sanctius observanda caritatis lex in hac causa, cum agitur non solum ut inediae et inopiae ceterisque miseriis infinitae multitudinibus subveniatur, sed etiam et in primis ut tam ingens animarum numerus e superbo Satanae dominatu in filiorum Dei libertatem vindicetur? Quare illa praesertim quae in sacrarum Missionum commodum sunt instituta, adiuvari catholicorum liberalitate cupimus. Primum est *Opus* quod appellatur *a Propagatione Fidei*, pluries iam a decessoribus Nostris dilaudatum; ex quo ut vel maior fructuum optimorum ubertas exsistat in posterum, volumus sacrum Consilium christiano nomini propagando diligentissime curet. Maxime enim ex eo copiae suppetant oportet unde Missiones tum quae iam sunt conditae tum quae posihac condendae erunt, sustententur: confidimus autem non permissurum catholicum orbem ut, cum alii ad errores diffundendos abundant afflantque opibus, nostri verum disseminantes cum inopia luctentur.

Alterum, quod etiam vehemente omnibus commendamus, est *Sanctae Infantiae Opus*, cuius est vigilare ut infidelium parvulis decadentibus baptismus ministretur: idque eo est commendabilius, quia queri quoque nostri ipsum participare possunt, itaque, mature intelligentes quanti sit Fidei donum, suam operam ad illud cum aliis communicandum

耶，『夫若望宗徒僅就著於身外物用之需者言之，已如是，然則今既事關傳教，其愛德之規範，當如何益加虔守，蓋不獨聊爲接濟無數人民之貧乏困窮，及其他患苦而已，抑且特爲救拔若爾巨數之靈魂，從撒麻檻下，復得天主子性之自由也。是故於傳聖教有利便者，其建設余尤願公教人等慷慨輸將焉，而其功業，則以所稱傳信會居首，既屢經歷任教宗獎之矣。由是而冀其效果之極佳者，以後益臻豐盛，余因命傳教聖部，務盡心力以維持之。蓋最重在應由此會供給資財，凡傳教之區，無論已建者，與夫日後當建者，胥賴其補助也。際此傳播異端者，既盈於貨又阜於財，余深信普世公教，決不忍令吾黨傳揚真道之人，反與困窮奮鬥也。

其次余所竭誠囑咐大衆者，即聖嬰會之功是矣，功在眷懷外教兒童，俾於去世前得領洗禮，而其所以尤當推獎者，即在我等兒童亦能與會，使早歲洞明信德之恩之重大，則智與他人共致其功，以推鑒此恩也。再次不應忽

discunt conferre. Nec vero praetermittendum est *Opus Sancti Petri*, ut aiunt, quo educationi atque institutioni cleri indigenae Missionum consulitur.— Ad haec diligenter observari volumus quod est a decessore Nostro fel. rec. Leone XIII praecriptum, ut in festo Epiphaniae Domini in omnibus orbis terrarum sacris aedibus stipes “*pro redimendis captiis ex Africa*” corrogentur, et quantum collectum erit pecuniae, ad S. Consilium Fidei Propagandae mittatur.

Sed quo certius uberiusque optata Nostra eveniant, debetis omnino, venerabiles Fratres, vestri cleri disciplinam peculiari quodam modo ad Missiones dirigere. Vulgo enim fideles ad opitulandum hominibus apostolicis inclinant et propendent; vosque hac animorum propensione sapienter utamini, ut quam maximo Missionibus sit emolumento. Scitote igitur Nos cupere, in omnibus orbis catholici dioecesibus eam quam vocant *Missionalem cleri consociationem*, institui, quae in dicione sit Sacri Consilii christiano nomini propagando, cui quidem Sacro Consilio omnem iam huius rei fecimus facultatem. Orta ea nuper in Italia, brevi in alias regiones diffusa est; Nostroque studio cum floreat, multis iam est a Nobis pontificalis indulgentiae muneribus ornata. Et merito; nam eius instituto clericorum actio optime ordinatur, cum ad iniiciendam christianis curam de tot ethnicorum salute, tum ad opera ea cuiusvis

而不論者，即衆所稱聖伯多祿之會是矣，其職械端爲培養成，傳教區內本籍之鐸曹。因此余願前任教宗良十
三世所規定者，舉謹敬遵守之，每逢
三王來朝瞻禮日，在普世聖堂捐集獻
儀，爲贖非洲之虜者，其錢財應悉數
收齊，寄來傳教聖部可也。

然欲余所志願愈切實奉行而廓充之，
厥在爾可敬諸神昆，應格外設法，指
引所屬鐸曹，規模計畫趨向傳教之功
乃可。大都信衆每傾向傳教之人，而
樂於資助之，事在爾曹善用此等心理
之傾向，以求傳教各方莫大之利益耳。
汝衆當知余切願普世公教司牧區內，
皆設立現今所稱鐸曹聯合傳教會，會
遷隸於傳教聖部，余爲此事已畀聖部
全權，此會發起傾自意大利，未幾已
遍於各方，既足以發展余所謀謨，業
由余以教宗恩赦重重寵飾之矣。此固
事所至當，蓋此會之設，大足以善導
諸鐸曹之舉動，俾啓牖信人，救援如
許多之外教，又足以推行宗座爲利傳
教計，諸所恩准此類之善工也。

generis provehenda, quae in Missionum utilitatem Apostolica haec Sedes iam probavit.

Haec, venerabiles Fratres, de fidei catholicae orbe propagatione scribere ad vos habuimus. Iam vero, si suo quisque officio, uti par est, omnes satisfecerint, Missionarii foris, Christifideles domi, bona nitimur spe, futurum ut ex maximis belli vulneribus damnisque refectae celeriter sacrae Missiones revirescant. Atque hic, tamquam hortante Nos, ut olim Petrum, ea Domini voce: *duc in altum,*⁽¹⁾ quanto urgemur paternae, caritatis ardore, ut innumerabiles, qui nunc sunt, homines ad ipsius complexum adducamus.

Etenim alitur vigetque semper Dei Spiritu Ecclesia; nec suo possunt effectu carere tot hominum apostolicorum studia, qui ad eam amplificandam laboraverunt adhuc et laborant. Horum autem exemplis excitati, existent subinde plurimi, qui, bonorum et pietate et munificentia suffragante, laetissimam parient Christo copiam animarum.

Faveat communibus votis Magna Dei Parens, Regina Apostolorum, Evangelii praconibus effusionem Sancti Spiritus conciliando; cuius auspicem et benevolentiae Nostrae testem, vobis, venerabiles Fratres, et clero populoque vestro apostolicam benedictionem peramanter impertimus.

Datum Romae apud sanctum Petrum, die 30 mensis Novembbris 1919,
Pontificatus Nostri anno sexto.

(1) *Luc. V. 4.*

Benedictus PP. XV.

此余論公教聖信傳於普世，所欲寓書汝衆可敬神昆者也，今若人人各如分所當然，教士在外，教友在家以盡其職，則余深望傳教事務，於大戰時所遭極大傷損，無幾將仍復元矣。余今乃宛聞吾主福音，謹諭伯多祿者亦命余曰，『導往深處，』使余慈愛熾然，願導今生無數之人，置於吾主懷抱之中也。

夫聖教會，既恒因天主聖神以生存健在，而則效宗徒之人又有如許，其職職非他，自古迄今，猶然以擴張聖教為服務，斷不能一無功果矣，再此坊表，庶幾激動多人，因善衆之禮拂輸將，得為基利斯督救護靈魂之數，極充盈也。

伏望天主母，宗徒之后，垂佑大衆心願，使宣布福音者，皆得充滿天主聖神，而此神恩之徵兆，及余慈惠之左證，余特慨然頒予汝衆可敬神昆，暨所屬霽曹與教衆，以宗徒之降福焉。

一千九百十九年十一月三十日，
余即位之第六年，
羅馬聖伯多祿堂頒發。

教宗本篤十五世

LITTERAE ENCYCLICAE

AD VENERABILES FRATRES PATRIARCHAS, PRIMATES,
ARCHEPISCOPOS, EPISCOPOS ALIOSQUE LOCORUM ORDINARIOS
PACEM ET COMMUNIONEM CUM APOSTOLICA SEDE HABENTES:

DE ACRIS MISSIONIBUS PROVEHENDIS.

Pius PP. XI

Venerabiles Fratres Salutem at
Apostolicam Benedictionem.

RENUM ECCLESIAE gestarum
memoriam animo intento qui
repetant, fugere eos nequa-
quam potest, inde a prioribus re-
paratae salutis aetatibus, eo praeci-
puas curas cogitationesque Romano-
rum Pontificum fuisse conversas, ut
evangelicae lucem doctrinae christi-
anaeque humanitatis beneficia populis
„in tenebris et in umbra mortis”
sedentibus, nullis unquam difficulta-
tibus impedimentisque deterriti, im-
pertirent. Neque enim ad aliud nata
Ecclesia est, nisi ut, regno Christi
ubique terrarum dilatando, universos
homines salutaris redemtionis parti-
cipes efficiat: quisquis autem est,
qui Iesu Pastorum Principis vices
in terris divinitus gerat, is tantum
abest ut dumtaxat in tuendo ac
servando, quem regendum accepit,
grege dominico possit acquiescere,
ut, contra, praecipuo muneri suo
desit, nisi alienos externosque Chri-
sto lucrari atque adiungere omni-

教宗必約十一世祝

諸可敬神兄之無恙，及宗徒之降福。

凡有人用心迴憶聖教會已往的成績，
必知自救世以來，羅瑪歷代教宗慘澹
經營，格外籌謀的事，乃在不怕艱難
險阻，給那坐於黑暗死影的民族，廣
布福音的道理，和基利斯督慈祥的恩
惠。因為聖教會產生於世，並不是爲
別的，只爲在普世擴充基利斯督的神
國，使衆人均沾救贖的鴻恩。凡在世
代表諸司牧元首耶穌的，他萬不祇以
保存所接收管理的羊羣爲已足，且要
盡其全力，吸收棲外其他羊羣，使歸
基利斯督，不然即爲曠棄自己的委職。

contentione nitatur. Divinum profecto mandatum, quo obstringerentur, docendi baptizandique omnes gentes, nullo non tempore, decessores Nostros sic confecisse constat, ut missi ab iis sacri ordinis homines, e quibus non paucos aut ob vitam sanctissime ductam aut ob factum animose martyrium, publice venerantur Ecclesia, Europam et vix inventas exploratasque deinceps ignotas terras fide nostra, vario quidem exitu, collustrare studuerint: vario exitu, inquit; interdum enim contigit, ut, missionalibus paene incassum laborantibus vel caesis electis, quem colere coepérant agrum, idem aut suam vix exueret asperitatem aut, in hortum floribus consitum ante conversus, deinde, sibi ipse relictus, denuo in vespes dumosque, gradatim, abiret. — Laetari interea licet, postremis hisce annis, sodalitates illas, quae sacras Missiones apud infideles populos obeunt, novo quodam studio, curas et fructus duplicasce auctisque missionalium laboribus auctam respondisse ab christifidelibus opis subsidiique largitatem. Ad rem non est dubitandum quin magnopere valuerit Epistola illa Apostolica, quam proximus fel. rec. decessor Noster die XXX mensis novembris an. MDCCCCXIX „De fide catholica per orbem terrarum propaganda” ad Episcopos universos dedit; etenim cum ipsorum a Pontifice acueretur ad opitulandum industria ac sollertia, tum sapientissimis

余之歷代前任，常常的明確的奉行了，天主命他們，訓誨和洗滌萬民的嚴命，他們遺發有神品的人，其中多有超凡入聖，或勇毅致命，受聖教會今日公然敬禮的，他們結局雖然不一，到底都用我們的信德，盡心致志，光照歐洲，和才尋獲前此不知道的地方。余曰結局不一，因為有時傳教士，幾乎徒勞無益，或被殺害，或遭放逐。他的所開墾的田地，或僅荒蕪廢，或既經修治成為錦繡輝煌的田園，一旦棄置，又復漸歸於荆棘荒蕪，近年以來，在外教民族中傳教會，也有一種新興的心火，經營益力，效益倍增，而信友實力援助，亦倍加慷慨，與傳教士的勤勉，相互響應，實可慶幸。這事的原因，多因余芳名不朽的前任，於一九一九年，十一月三十日，所頒於諸司牧的『聖信應普傳天下』的通牒之力，實無可疑。因為在那通牒中，教宗一面鼓勵他們互相援手的殷勤，一面用極智的教誨，訓諭代牧和監牧，當如何除去障礙，當如

monitis Vicarii Praefectique Apostolici docebantur, quae propulsari incommoda, quae a suis officia, ad fructuosiorem sacrae legationis exercitationem, praestari oportet.

Ad Nos quod attinet, cognitum ac perspectum habetis, Venerabiles Fratres, ab ipsis Pontificatus primordiis, deliberatum Nobis esse nihil non experiri, ut ethnicis gentibus, praelato cotidie latius per apostolicos praecones evangelicae veritatis lumine, unam salutis viam sterneremus. Qua in re duo imprimis desiderari videbantur, utrumque non tam opportunum quam necessarium, alterumque arctissime cum altero coniunctum; scilicet ut multo major, isque ab variis cognitionibus instructior, in immensas interminatasque regiones, christiani adhuc cultus exsortes, dimitteretur operariorum numerus, itemque ut fideles intellegent, ad opus tam sanctum ac frugiferum quo animi ardore, qua precum apud Deum instantia, qua denique liberalitate esset sibi conspirandum. Huc nonne etiam intendebamus, cum in ipsis Aedibus Nostris sacrarum res Missionum publice ad spectandum proponi iussimus? Atque benignissimo Deo illud referimus acceptum, quod, quemadmodum audivimus, iuveniles nonnullorum animi, in eo conspectu et quasi spectaculo cum divinae gratiae tum magnanimitatis ac nobilitatis humanae, primos catholici apostolatus concepero igniculos; et, quae tanta invisentium multitu-

何使他們屬員善盡己職，為得傳教更大的質效。

論到余身，可敬諸神昆乎，想都明悉，余自受任伊始，即決定施用種種方法，用宗徒的宣傳員，把福音真道的光明，傳布的一天比一天廣遠，以期修治救人靈魂的惟一正路。在這件事上，所需要的特有兩件，這兩件不但是一般相宜，而且是一般重要，彼此有很密切的關係。就是發更多更有知識的傳教士，到那還不知恭敬天主的，極寬廣的各遠方。同時也使諸信友知曉，為這神聖有益的工程，當用多大的熱心，在天主台前當用多麼懇切的祈禱，當多麼大方施捨，同謀進行。余在本宮命陳列各處傳教的物品，任公眾展覽，不是為這個目的麼。如余所聽見的，已有許多青年，在這展覽會中，彷彿瞻仰天主的聖龕，和人類的慷慨英勇，已經具備傳教的初志。復有多人參觀這樣豐富的會場，

dines incessit apostolicorum operariorum admiratio, non eam inanem, non ab omni vacuan fructu futuram iam nunc spe bona praecipimus. At vero, ne documenta ac monita maximi ponderis, quae ex ipsis Missionum rebus quasi tacite significantibus existiterunt, unquam concidunt ac pereant, Museum—quod fortasse non ignoratis—ex delectissimis rebus, aptiore quidem modo dispositis, in Aedibus nostris ad Lateranum constitui decrevimus, eo nempe loco, unde, post datam Ecclesiae pacem, in regiones, quae aliae iam ad messem viderentur, tot a decessoribus nostris apostolici viri, sanctitate vitae et religionis studio mirabiles, sunt deinceps dimissi. Quod quidem Museum quotquot invisuri sunt Missionum duces imprimis et gregarii, ut ita dicamus, milites, cum inter se singularum rationes comparaverint, iam ad meliora atque ad maiora spectabunt; qui autem e populo illul adierint, eos putamus non minus commotum iri quam qui Expositionem Vaticanam celebrarunt. Interea, ut excitata haec acriter christifidolum erga sacras Missiones voluntas acrius ad agendum incendatur, vos, Venerabiles Fratres, veluti in clamando, operam aducamus adhibitamque volumus vestram; quam, si in alia unquam re collocari decuit oportuisse, at in hoc potissimum genere ne assiduam studiosissimamque recessetis, prohibet vestrae officium

不禁驚嘵傳教士的工業，期望這種獎賞，不能徒然，不能全無實效。然而爲使各處傳教物品，不言而喻的，關係很重大的證據和教訓，不致一旦消滅，余已決諭，想諸位已經知曉，在余宮中，拉特朗殿旁，設一博物館，把精選的物品，妥善陳列。聖教得享和平以來，余之前任歷代宗教，就是從這地方，遺發過多少的，聖德超凡，熱心傳教的宗徒偉人，往那『蒼然秀白，已可收穫的地方，』宣傳聖道。傳教的領袖，和他們的屬員，將來參觀這博物館，必要比較各個傳教的法則，改良增廣自己的見解。若論教友，凡來參觀的，被感動的影響，想不在華謹閣傳教展覽會以下，這裏可以使信友對於傳教，激發善意，益急於從事實行。可敬諸神昆，對於爾衆，余實大聲疾呼，要求爾衆實行輔助。在別的事上，固曾得爾衆適宜的和相當的輔助，然而特在這事上，持久而勤懃的輔助，乃爾衆職位的責任，

dignitatis, et vel pietas in Nos vestra suadet. Quantacumque sane Nobis divino consilio reliqua erit huius lucis usura, Nos habebunt continenter anxios sollicitosque haec apostolici munera partes; saepe enim reputantes, ethnicos homines ad decies milies centena milia numerari, non habemus requiem spiritui Nostro⁽¹⁾ et Nobis videtur Nosmet quoque voce illa percelli: clama, ne cesses, quasi tuba exalta vocem tuam.⁽¹⁾

Qui de ovili Christi sunt, eos nihil quicquam curare de reliquis qui extra saepa infelicitate vagantur, quam longe a caritate abhorreat, qua Deum atque homines universos complecti debemus, non est cur multis dicamus. Postulat sane nostrum in Deum caritatis officium non modo ut pro viribus eorum numerum augeamus, qui ipsum cognoscunt et adorant “in spiritu et veritate⁽³⁾”, sed etiam ut sub amantissimi Redemptoris imperium quamplurimos subiungamus, quo uberior in dies utilitas in sanguine⁽⁴⁾”, eius exsistat, magisque eidem gratificemur, cui quidem nihil esse gratius potest, quam ut homines salvi finat et ad agnitionem veritatis veniant⁽⁵⁾. Quandoquidem vero Christus hanc discipulorum suorum notam fore edixit peculiarem ac propriam ut diligenter inter se⁽⁶⁾, numne maiorem insignoremque exhibe-

與爾衆對余的孝愛，不容或辭者也。

幾時天主容余在世，這一部分的宗徒責任，常令余時時焦心苦慮，余每想及教外之人，為數尚有十萬萬之多，余心神不能安寧，也彷彿有聲促余曰，『呼喚罷，不要停止，號筒般的揚起你的聲罷。

在基利斯督內的信友，毫不關心棧外失迷的人，是如何相反上對天主，下對衆人的愛德，誰也知道，不必多說。我們愛天主的義務，不但要求我們竭力增加，『以心神，以真實，』認識欽崇天主的人數，而且也令我們使屬於至可愛救世主權下的人，愈多愈好，為使他『聖血的寶益，』日益增大。也為使我們更悅樂他的聖心。因為什麼也不如救人得救，和認識真道，更中樂他的心。若基利斯督曾經宣論，他徒弟的特別標記，是彼此相愛，我們還能比從異端的黑影中，拯救他

(1) II Cor., VII, 5. (2) Isai., LVIII, 1.

(3) Joan., IV, 24. (4) Ps. 29, 10.

(5) I Tim. II, 4. (6) Joan., XIII, 35; XV, 12.

beamus proximis nostris caritatem, quam si eos e superstitionis tenebris educendos germanaque Christi fide imbuendos curaverimus? Hoc immo ceteris caritatis operibus testimonianque sic praestat, quemadmodum animus corpori, caelum terris, aeternitas temporis antecellit; quod quidem caritatis opus quicunque, quantum in se est, exercet, donum fidei tanti se facere ostendit, quanti aequum est, et gratum praeterea erga numinis benignitatem animum suum patefacit, id ipsum donum, omnium pretiosissimum, et alia quibuscum coniungitur, cum misericordia ethnicis communicando.

Quodsi eiusmodi officium detrectare nullus e fidelium communitate queat, num clerus possit, qui sacerdotium et apostolatum Christi Domini, miro ipsius delectu ac concessu, participat: num vos, Venerabiles Fratres, possitis, qui, pro vestra cuiusque parte, christiano clero et populo, sacerdotii plenitudine insignes, divinius praecestis? Legimus equidem, non uni Petro, cuius Cathedram obtinemus, sed omnibus Apostolis, quorum vos in locum successistis, Iesum Christum praecepisse: *euntes in mundum universum, praedicate evangelium omni creaturae.*⁽¹⁾ Unde liquet, propagandae fidei curam ita ad Nos pertinere, ut in laborum societatem Nobiscum venire Nobisque hac in re adesse, quantum singularis ac

(1) *Marc*, XVI, 5.

們，用心以基利斯督的真信德教導他們，再表明更大更顯明的愛人的愛麼。而且這事，比別的愛德的善功，愛德的證據，高尚的多多，如同靈魂貴於肉身，天高於地，永遠勝於暫時一樣。凡人竭力實行這種愛德的善功，將信德極寶貴的恩典，同一切附屬的益處，施於可憐的外敵人，方發顯他真有相當的看重信恩的誠心，對於天主的仁慈，也有知恩的心。

若信友中無人能辭却這種義務，難道鐸曹，既蒙了特別的揀選，沾了大恩，分受了主基利斯督的寶品，和宗徒的職任，倒能推辭麼。可敬諸神昆，爾衆既得了完全的寶品，在爾等本屬代天主管理鐸曹信衆，也能推辭麼。聖經記載，耶穌基利斯督，不單給余所繼位的伯多祿，且也給爾衆所繼位的衆位宗徒，出了這命，『汝等其往普世，傳布福音於萬民。』從此可知，傳信的經營，如此歸於余躬，即令爾衆以克盡各人職守，偕余同勞，贊助

propria vestri perfunctio muneris sinit, sine ulla dubitatione debeatis. Itaque ne gravemini, Venerabiles Fratres, Nobis paterno animo hortantibus pie obsequi, a quibus rationem tantae rei haud exiguum Deus aliquando repetet.

Atque primum, alloquendo id scribendoque efficite, ut apud vestros sanctam inducatis et sensim increbescere iubeatis consuetudinem cum rogandi *dominum messis, ut mittat operarios in messem suam*,⁽¹⁾ tum caelestis luminis et gratiae precandi infidelibus adiumenta; consuetudinem, inquit, ac stabilem perpetuumque usum, quem nemo non videt multo plus, quam preces aut semel aut identidem indictae, apud divinam misericordiam posse ac valere. Elaborent quidem in traducendis ad catholicam religionem ethnici et desudent et vel vitam profundant, evangelii praecones; industriam, sollertialem artesque omne genus humanas adhibeant; at vero nihil iidem profecturi sunt, omnia in irritum cadent, nisi gratia Deus sua infidelium tetigerit animos mollitosque ad se traxerit. Facile autem intellegitur, quemadmodum orandi copia nulli non datur, ita hoc Missionum praesidium ac quasi alimentum in potestate esse omnium; atque idcirco rem feceritis ab optatis Nostris et a popularium ingenio sensuque haud alienam, si iusseritis, exempli gratia, *Mariali*

余一人，毫無疑義。望爾有衆，諸神足乎，不可畏難，以孝子之心，從余父情之勸誥，將有一日，天主必要在這樣重要的事體上，詳細審判我們。

最先常用誦勸和文字，在爾衆轄下提倡，併漸漸的發展，為教外祈求的習慣。一面祈求「莊稼大主，打發工人，收割他的莊稼」，一面祈求天主賞賜外教人，天上的神光和聖寵的助佑。

余曰習慣，就是存在的，永久的威風，誰也知道，這比那指定一次或數次的經，在天主的仁慈台前，力量大的多。宣傳福音的人，引人奉教，雖舌敝唇焦，汗流浹背，即使捐軀殞命，不拘用什麼本性的殷勤妙術，然而天主若不用聖亂，感動外教人的心，心動後若不引他們入教，傳教的一切用心，都是罔然，都是徒勞無益，既然誰也能發祈禱，故此誰也能設供給傳教的這個相幫和輔助，這是極明瞭的。倘若爾衆命在各本堂，或其他聖堂，念玫瑰經，或別的經時，為傳教，為教外人回頭，加一兩端經，則甚

(1) *Matth.*, IX, 38.

Rosario aliisque eiusmodi precibus, in curialibus ceterisque templis, aliquam unam pro Missionibus et pro ethniciis ad fidem deducendis precatio nem accedere atque adiungi. In id ipsum, Venerabiles Fratres, pueri praecipue et sacrae virgines advententur, incendantur; cupimus scilicet, ut in asylis, in orphanothropheis, quae vocant, in puerilibus ludis et collegiis, itemque in omnibus religiosarum seminarum domibus vel coenobiis cotidie sursum ascendat oratio, et descendat in tot infelices homines, in tam crebras ethnicorum gentes Dei miseratio; innocentibus enim casteque viventibus quidnam abnuat Pater caelestis ac deneget? Nec alioqui diffidendum, in teneriores puerorum animos, quoquot, cum primum flos caritatis emergit, pro aeterna infidelium salute orare assuescant, posse appetentiam apostolatus, Dei numine, insinuari: quae, si accurate foveatur, datura fortasse est, successu temporis, operarios apostolicos muneri non impares.

Rem vix attingimus sane dignissimam, in quam, Venerabiles Fratres, per diligentem ipsimet considerationem intendatis. Nullum putamus esse, qui ignoret, detrimenta profecto haud parva fidei propagationem e recenti bello cepisse, cum e missionalibus alii, dominum revocati, per immanis conflictionis vices occubuerint, alii, e suo laborum campo deturbati, territorium quisque suum diu incultum reliquerint: quae quidem detrimenta ac damna non tam

合余心，也合教衆的心意。可敬諸神是，爲這個事，特特的當請小孩們，及修女們加入，併點着他們的熱心。余深望在各幼稚園，各育嬰堂，各青年會，各學校，和各女修會，各隱修院，每日作這個祈禱，求天主的仁慈，降到那些無福的人身上，降到那氣數的外教羣衆身上，天主聖父，對於無罪的人，潔淨生活的人，能有什麼拒絕不允的事麼。而且不用疑惑，小孩柔美的靈魂，剛一發生愛德之鮮花，凡爲外教人永遠救靈魂的大事，習慣祈禱的，天主的聖寵，能使他們生盼望作傳教宗徒的心。這個盼望，若慎重保存，日後將供給勝任的傳教士。

可敬諸神是，余將申述十分重要的事件，望爾衆親自加以特別的注意。我想無人不知，傳信事業，因近來大戰，受的損失不小。因爲有的教士，由傳教處招回，亡於慘酷的戰鬪陣上。有的在他們的傳教區內紛擾不寧，以致各離本區，多日不能治理。這些損失遺害，不但昔日，即今日也急須補

reparari oportuit hodieque oportet, quam res in pristinum restitui, immo etiam provehi atque amplificari. Praeterea, sive infinitas locorum magnitudines spectemus, quae christianaे humanitatи nondum patuere, sive ingentem eorum numerum, qui redemptionis beneficiis ad hunc diem carent, sive necessitates et difficultates quibus missionales, pro eorum paucitate, implicantur, ac praependiuntur, eo concordes Episcoporum catholicorumque omnium contatus ferri oportet, ut sc̄orum legatorum numerus augeatur et multiplicetur. Si qui igitur in dioecesi cuiusque vestra aut adulentescentes aut clerici aut sacerdotes ad apostolatum eiusmodi praeceilentissimum vocati divinitus videantur, propensis eorum consiliis studiisque gratia et auctoritas vestra obsecundet, nedum aliquo pacto obstatatis. Liceat quidem vobis, animo integro, probare spiritus si ex Deo sint⁽¹⁾; at si saluberrimum propositum Deo auctore haberi coepisse et maturescere iudicaveritis, iam nulla vos aut cleri penuria aut dioecesis necessitas exanimet atque ab consentiendo detineat, cum populares vestri, salutis adiumenta ad manum, ut ita dicamus, habentes, longe absint minus a salute, quam ethnicī, ii praesertim qui in sua feritate ac barbaria consistunt. Data vero eius rei occasione, aequo animo, ob Christi animarumque caritatem, alicuius e clero iactu-

價，併恢復他們的原狀，而且當使之進步擴充。除此以外，余或遠望浩浩無垠的地域，尙未得基利斯督的教化。或見極多的人數，至今尙未沾救贖的恩惠。或因傳教士的缺少，多少急需困難，受累太多。故此衆司牧，衆信友，都當同心合作，為增多傳教士的數目。所以在爾衆轄域內，若有青年，或鐸曹，或司鐸，看着有天主的垂召，使他傾向這極高尚的傳教職任，爾衆當以恩惠，權柄，順從他們的志願，成全他們的願望，萬不可略施阻力。爾衆固宜平心試驗，他們的志意，是否是從天主來的。若查明這很有益的志願，是由天主來的，且漸已成熟，萬不可藉口鐸曹缺乏，或教區的急需，令爾衆灰心，不予同意。因為爾衆的信友，跟前有救靈魂的方法，可以說較外救人救靈魂，容易的多，特是比那在沒有開化野蠻地方的人民更容易。遇有這種機會，當為愛基利斯督，愛靈魂的緣故，若能說幾句，就由鐸曹中慷慨幾性一二罷。創

(1) *I John.*, IV, 1.

ram faciatis, si quidem iactura dicenda est; quem enim amiseritis adiutorem laborumque vestrorum socium, eundem, vel copiosiore gratiarum in dioecesim effusione vel aliis excitatis sacri ministerii tironibus, divinus Ecclesiae Conditor profecto supplebit.

At tamen ut cum ceteris pastoralis officii curis huiusmodi negotium apte componatur, *Consoiationem cleri Missionalem* apud vos aut iubeatis constitui aut iam constitutam ad acriorem in dies actionem consilio, hortatu, auctoritate vestra incitatis. Quam quidem Consociationem, octavo ante anno providentissime conditam, cum proximus decessor Noster multis indulgentiae muneribus auxerit et in dictione Sacri Consilii christiano nomini propagando esse voluerit, tum Nosmet, in plurimas orbis catholici dioeceses postremis hisce annis, diffusam, non uno pontificalis benevolentiae testimonio honestavimus. Quotquot enim de ea sunt sacerdotes—atque ad suam condicionem accommodate, sacrarum disciplinarum alumni—ii, pro instituto suo, fidei donum innumerabili ethnicorum multitudini et ipsimet, inter sacra potissimum, implorare et ad implorandum aliis auctores esse; quoties et ubicumque licuerit, de apostolatu ad infideles provchendo aut contionari apud populum aut curare identidem ut, statis diebus ac coetibus, communiter fructuoseque agatur; opuscula in rem edita vulge propagare; in quibus eiusdem apostolatus

立聖教會的天主，必要用更豐盛的聖寵，施於教區，或另召服聖務的初學，補爾等所犧牲的助手的遺缺。

然而爲使這種大事，同爾衆司牧的他種職務併行，當命在爾衆之洞，成立鐸曹傳教會。已成立的當以爾衆的主意，勸勉，權柄，策勵鼓吹，使之日加奮勉。這個會在八年前已經成立，經余之最近前任，頒賜了許多大赦恩寵，並令直隸傳信部。而近年來，此會已傳布於普世極多的主教區內，余亦一再表明宗座對於此會的嘉許，以昭重視。凡在傳教會的司鐸，和攻讀聖學而按處境入會的諸生，各宜按照會規，爲無數的外教人，特在彌撒中，祈求信德的恩典，且當勸導別人祈求。爲提倡歸化外教人的事業，須斟酌時地所宜，或對信友宣講，或定期開會，共同作有利進行的討論，或散布關於此事的刊物。多曉理會誰有傳教的啓召，當爲他們開造就栽培的門

semina auspicato inesse animadverterint, iis ad congruentem institutionem eruditionemque expedire adiutum; in suae dioecesis finibus Opus a Fidei Propagatione et duo illa, quae huic tamquam subsidiaria inserviunt, quoquo pacto fovere. Quantum vero stipis adhuc Consociatio cleri Missionalis ad opitulandum iis ipsis operibus conrogaverit, quanto plus posthac—crescente in annos singulos largitate fidelium sperare iubeat, vos, Venerabiles Fratres, non praeterit, quorum plerisque, pro uniuscuiusque territorio, patronis atque impulsoribus utitur; optandum tamen, ut nullus iam sit clericus qui huiusmodi caritatis flamma sit expers.

Etenim Operi a Fidei Propagatione, aliorum quidem omnium, quae ad sacras Missiones pertinent, sane principi, quod, incolumi piissimae feminae, quae eam condidit, et Lugdunensis urbis gloria, huc, novata ordinatione, transtulimus et romana veluti civitate donavimus, ea christianus populus liberalitate subveniat oportet, quae multiplicibus Missionum, quae nunc sunt, quaque iis deinceps accident, necessitatibus omnino respondeat. Quae profecto necessitates quot quantaeque numerentur, qualis sit plerumque evangelii praecolum inopia, ex ipsa Vaticana Expositione satis apparebat, at fortasse ne perspexere quidem bene multi, oculis copia, novitate ac pulcritudine rerum propositarum praestrictis. Ne vos igitur, Venerabiles Fratres, pudeat pigeative, quasi mendicos pro-

路。凡在自己教區內的傳教會，和那輔助他的兩種善工，當用各樣法子保護。若鐸曹傳教會，至今為這善工已經募集了許多捐款，自今以後，信友的慷慨與年俱增，善款增多，更有盼望。可敬諸神兄，不能不知，爾衆多有在個人轄域中，自任這會的促進人，和保護者，然而尤當盼望，無一鐸曹，不燃着這愛德的神火的。

余曾把這傳信會重新整理，遷到此間，彷彿賜他享有羅瑪的公權，保存那創立這會的，極熱心的夫人的光榮，和利義城的光榮，不使失墮。信友都該用大方的心情，幫助這傳教事業裏最著名的傳信會，供給那些現有的傳教區，和將來增添的傳教區的急需。這個急需有多少，有多麼大，傳福音的是如何困難，由華絲閣展覽會可以看出。然而恐怕有許多人，因為陳列的物品，又豐富，又新奇，又體面，眼睛先已迷了，連這個急需，竟未看見。可敬諸神兄，為基利斯督，和救靈魂的緣故，自成乞丐，爾衆不得觀

Christo animarumque salute fieri, et scripto profectaque ex medullis eloquentia popularibus instare vestris, ut quam Opus a Fidei Propagatione quotannis colligit messem, eandem munificentia et benignitate sua multiplicant multoque faciant auctiorem. Cum, ceteroqui, nulli tam inopes aut nudi habendi sint, nulli tam infirmi aut ieconi aut sitientes, quam qui Dei cognitione gratiaque carent, nemo non videt, qui misericordiam agentissimis omnium hominibus exhibuerint, eos divina misericordia et remuneratione non posse destitui.

Operi autem a Fidei Propagatione principi duo alia adiuncta sunt, ut diximus, quae, cum Apostolica Sedes fecerit sua, christifideles prae ceteris operibus, quae peculiare aliquid sibi propositum habent, conrogata collatave stipe adiument ac sospitent, alterum scilicet *a S. Infantia*, alterum *a Petro Apostolo* nuncupatum. Illius est, ut habent omnes exploratissimum, pueros nostros asciscere, qui peculium suum reponere assuescant praesertim infidelium infantibus, ubicumque eos proiici vel necari contingit, redimendis catholiceque elucandis; huius vero et precibus et collecta pecunia efficere, ut delectos indigenas in Seminariis rite excoli et ad sacros Ordines evehiliaceat, quo ipsorum tribules facilius, successu temporis, ad Christum traducantur vel in fide confirmantur.

爲羞恥。用文字，用肺腹中出來的言語，敦促爾衆的信友，使傳信會年年的收穫，因他們的慷慨大方，日增月盛，爾衆不得視為煩瑣，情因誰也不如，未蒙聖寵不認識天主的人們，那麼窮苦，那麼赤貧，那麼軟弱，那麼飢渴。且誰也知道，凡待極窮困的仁慈的，不能不受天主的仁慈賞報。

傳信會以外，如余所言，還有兩種附屬的善工，一名聖嬰會，一名聖伯多祿宗徒會，這兩種善工，既經宗座收爲已有，盼望諸信友，在其他有特別宗旨的善功以先，不惜捐集款項，扶助維持。頭一樣是人所共知的，就是會集我們的兒童，使他們習慣積存零錢，以備遇有外教人的嬰孩，被拋棄或要害死，便將他們收買，而按聖教規矩，養導他們。第二樣，是一面祈福，一面集款，爲使傳教區本地的被選青年，在修道院內得受相當的教育，而蒙受神品，以便來日，他們的本國同胞，更容易被化，皈依基利斯督，而於信德更加堅固。

Petriano huic sodalicio, ut nostis, Teresiam ab Infante Iesu haud multo ante caelestem patronam attribuimus, utpote quae, cum in terris claustralium vitam ageret, unum vel alterum missionalem, sibi, quasi quodam adoptionis iure, adiuvandum sumpsisset, pro quo et preces et voluntarias vel praecertas corporis castigations et praecipue vehementes morbi, quo laborabat, cruciatus Divino Sponso offerre consueverat. Atque, auspice Lexoviensi virgine, uberieiores rei fructus Nobis pollicemur: quo in genere magnopere laetamur, quod Episcopis bene multis placuit inter socios Operis perpetuus se numerari et quod Seminaria aliique catholiconrum iuvenum coetus aliquem unum clericum indigenam communis suo ipsorum sumptu alendum instituendumque suscepere.

Utrumque sane Opus, quod recte subsidiarium Operis principis appellari solet, ut Episcoporum sollertiae fel. rec. decessor Noster Benedictus XV per Epistolam Apostolicam, quam memoravimus, commendavit, ita Nos vobis commendare non desinimus; quibus suasoribus, confidimus, christifideles neutiquam passuros, se ab acatholicis, qui errorum suorum propagatoribus tam large adsunt, liberalitate vinci ac superari.

Iam ad vos, Venerabiles Fratres, Dilecti Filii, sermonem convertimus, qui, ob gestam diu, laboriose prudenterque sacram inter ethnicos legationem, digni facti estis, qui vicariatibus ac praefecturis apostolica

如爾衆所共知，爲這伯多祿會，新近定了聖女嬰孩德肋撒，作他天上的主保。因這位聖女，在世隱修時，即曾格外援助某某傳教士，直將享用自己的神功的權利，給了他們，無論祈禱，與會規所命或另外自行的苦工，特是他當日常患的病痛，全爲他們獻於淨配耶穌。托賴這個童貞聖女的庇佑，余自期許將收更多更大的效果。爲這個事，余非常快樂，因爲有許多位主教，情甘作這會的永久會友，也有修道院，和其他公教青年會，用他們自己的公款，擔任某某本地鐸曹的學膳費。

首要傳信會的兩種附屬會，經余芳名不朽的前任本篤十五世，用余提及的宗座通牒，已經托付於諸司牧的勸懇，余也依然不懷的付託於爾衆。因爾衆的勸導，余確知信衆決不在慷慨樂施上，對那大方補助，宣傳邪說的非公教徒，甘拜下風。

可敬諸神兄，可愛諸神子，余今要與爾衆談話，爾衆因在外教人中，殷勤明智的傳教有年，至於堪受宗座任命，

uctoritate praeficeremini. Atque ut affari vos aggrediamur, quae in universum incrementa, annis proxime superioribus, cepere Missiones, vestrae debita caritati ac sollertiae, ea vobis et evangelii nuntiis, quos regitis ac moderamini, summopere gratulamur. Praecipua sane, quae incumberent vobis officia, quaeque vitanda essent in perfunctione eorum incommoda proximus decessor Noster tam sapienter magnificeque docuit, ut nihil supra potuisset; placet tamen, quid de quibusdam rebus sentiamus, vobiscum, Venerabiles Fratres, Dilecti Filii, communicare.

Ac prijnum omnium, cogitationes eo vestras revocamus, quanti intersit, indigenas in clerum cooptari: quod nisi pro viribus effeceritis, non tam mancum fore censemus apostolatum vestrum, quam Ecclesiae in regionibus istis constitutioni atque ordinationi diutius moram allatum iri ac tarditatem. Cui quidem necessitatibus libenter fatemur atque agnoscimus alicubi consuli ac provideri coctum Seminariis excitandis, ubi optimae speci adulescentes indigenae ad adipiscendam sacerdotii dignitatem atque ad suae stirpis homines fide christiana imbuendos recte instituuntur ac conformantur; verumtamen ab iis rei progressionibus, quas haberi necesse est, nimio longius absuntis. Meministis quaenam fel. rec. decessor Noster Benedictus XV hac in re conquestus sit; "Dolendum est, regiones esse, in quas abhinc pluribus saeculis catholica Fides

擅陞代牧與監牧，要與爾衆所談的，就是先熱烈的恭賀爾衆，和爾衆所節制的宣傳福音之士。因為近年來，因爾衆的熱愛和勤懇，傳教事業，在各處很有進步。為爾衆所負的重要責任，為盡責任當避免的險阻，業經余之最近前任，周詳訓諭，無以復加。可敬諸神昆，可愛諸神子，然而在幾種事體上，余心中所具的表情，余猶願晚諭爾衆。

諸事之先，余欲使爾衆注意，選本地人入鐸曹，關係如何重要。若不竭力注意此事，余即謂爾衆之傳教事業，不單大有缺點，而且使爾衆之所在地，教會的創立組織，進步遲緩。余固然承認，也知道有些地方，為供給這個需要，開始創辦修道院。在內栽培造就本地有希望的青年，為登司鐸之位。將來可以用基利斯督的信德，化導他們的本族之民。然而我們離着滿足的地步，實在尚遠。想爾衆都能記憶，余之芳名不朽的前任，本篤十五世，對於這事，有過什麼樣的資言。『惜乎尚有多處，迄今已數百年，為

illata sit, atque ubi tamen clerum indigenam, nisi deterioris notae, non reperias: item populos esse nonnullos, mature Evangelii luce illustratos, qui ex barbaria ad eum iam humanitatis gradum emiserint, ut in omni civilium artium varietate praestantes viros habeant, quique, cum multa iam saecula salutari Evangelii Ecclesiaeque virtute sint affecti, tamen adhuc nec Episcopos a quibus regerentur nec sacerdotes, quorum disciplina civibus imperitaret, efferre potuerint”⁽¹⁾

Nunquam fortasse perpensum satis est, qua via et ratione cum Evangelium propagari tum Ecclesia Dei ubique gentium constitui coepit; quodcum leviter, in claudenda publice Expositione Missionaria, ut aiunt, attingeremus, monebamus, ex primis christianaे antiquitatis litterarum monumentis manifesto apparere, clerum novae cuivis fidelium communitati ab Apostolis praepositum, non aliunde importatum, sed ex natu in ipsa regione electum atque adscitum. Quod autem vobis adiutoribusque vestris apostolicum munus Romanus Pontifex concredidit christianaे veritatis ethnicis gentibus praedicandae, non idcirco putetis sacerdotes indigenas in id unice esse oportere, ut missionalibus in minoris momenti ministeriis ad sint eorumque actionem aliquo pacto compleant. Quorsum, quaesumus, sacrae Missiones pertinent, nisi ut

公教信光所朗照，而求本籍之鐸曹，非名次較低者不可得也。且間有數國人民，早被福音之光化，步趨人道而棄濶俗，馴致各種文明之藝術，皆有超衆之人材，又有閱多世紀，為福音與教會超生之道力之所薰陶者，然尙不能鄉貢司牧等，而受其統治。或司鐸等，其典型足以感格鄉人者也。』

福音在各國開始傳佈，教會開始成立，所經由的路徑，所用過的方法，恐怕注意的總是不足。傳教展覽會閉會的時候，余曾略略的提過這個問題。當時余曾說過，由基督教古來文學的遺跡看來，明顯任何新興的教會，宗徒所派的鐸曹首領，非由外來，都是由本籍召選的。至論羅瑪宗教，將給外教人宣傳聖道的宗徒責任，托付於爾衆，和爾衆的助手，不要因此就想本地司鐸祇可在那無關係的小事務上，輔佐傳教士，略事補助。請問傳教的用意何在。不是為在偌大的地方上，成立基利斯督的教會，使之久存麼。

有什麼法子，使教會今日在外教人

(1) *Maximum illud.*

in tanta immensitate locorum Ecclesia Christi instituatur ac stabilisatur? Et unde haec apud ethnicos hodie constabit, nisi ex omnibus iis elementis, ex quibus apud nos olim coaluit, id est ex suo cuiusque regionis et populo et clero, suisque religiosis viris ac feminis? Curnam cleris indigena ab eo, qui proprius et nativus ipsius est, agro colendo, scilicet a populi sui gubernatione arceatur? Iam ut vobis liceat ad alios aliosque infideles Christo lucrandos cotidie expeditioribus progredi, nonne proderit vehementer, sacerdotibus indigenis stationes custodiendas uberiorusque excolendas relinquere? Immo etiam, in regno Christi latius profendo, quam maxime iidem praeterque omnem exspectationem profecti sunt.

"Nam sacerdos indigena—ut verbis Nostri ipsius decessoris utamur,—ut pols qui ortu, ingenio, sensibus studiisque cohaereat cum suis popularibus, mirum quantum valeat ad Fidem eorum mentibus insinuandam; multo enim melius, quam quisquam alius, novit quibus modis quidpiam eis persuaderi queat. Ita saepè sit ut illuc faciles aditus habeat, quo advenae sacerdoti pedem inferre non licet"⁽¹⁾. Quid quod missionales externi, ob inchoatam sermonis cognitionem, sensi quidem sua exprimere interdum prohibentur adeo, ut valde praedicationis suae vis atque efficacitas infirmetur? Huc profecto aliae ac-

中，卓立不衰呢。不是得用昔日在我們這裏所由成立的，那一總的方法麼。就是用各個人國內的民人，鐸曹，男女修士。為什麼不容本籍鐸曹，治理個人本來固有田園。就是為什麼不容他們管治自己的民族呢，爲使爾衆，日易脫身，前往歸化其他外教人民，把已成立的教區，留於本籍的鐸曹接收，益加治理，不是大有裨益麼。而且爲廣傳基利斯督的神國，這本籍鐸曹，必要出人意表的，大奏奇效。

今余再說余之最近前住的話。『因本地司鐸，與本地人民，世舊，天資，感覺，與心思，皆自相投合。則其能以信德漸摩本地人心，當如何驚奇呢。且較其他一切人等，稔知何法可令輸誠服教。加以地方上又可隨便進出，往往爲外國司鐸，欲置足而不能者矣。』論到外國的傳教士，因其方學言語，有時連自己的心思，尙不能說明，至於他傳道的力量，效果很微，我們可說什麼呢。除此以外，一定還

(1) *Maximum illud.*

cedunt incommodorum causae, quorum aequam rationem habeamus oportet, licet aut ea rarius incidere aut non magno negotio amoveri posse videantur.

Fac, ex bello aliusve politicis eventis in alicuius Missionis territorio alterum regimen alteri suffici, et aut posci aut decerni missionalium exterorum e certa quadam natione discessum: fac item—quod sane difficultius eveniet—indigenas, qui ad altiorem humanitatis gradum pervernerint et civilem quandam maturitatem attigerint, velle, ut sui iuris fiant, externae civitatis sibi imperantis et procuratores et copias et missionales ab suo territorio exigere, idque aliter, quam vi adhibita, impetrare non posse. Quae tum, rogamus, impenderet per eas regiones Ecclesiae pernicies, nisi, quasi quodam rete sacerdotum indigenarum per totum territorium disposito, necessitatibus plebis Christo adjunctae esset consultum? At praeterea—neque enim praesenti rerum condicioni minus illud Christi congruit: *Messis quidem multa, operarii autem pauci*⁽¹⁾ vel ipsa Europa, unde plerique missionalium proficiscuntur, clero hodie eget, eoque magis eget, quo pluris interest, adiuvante Deo, dissidentes fratres ad Ecclesiae unitatem restitui et acatholicis errores suos eripi; nec quisquam ignorat, ad sacerdotalem vel religiosam vitam si quidem haud minor in praesenti adulescentium

有別的困難的原因，雖然看着不常遇見，也容易避免，然而也得公平的計算。

比方因戰爭，或其他政變，在傳教區域內，一旦政體改革，要求或決定，令某國的外籍教士出境。再如，雖然是不常有的，本國人因文明程度增高，達到成熟之境。為自立起見，願意驅逐轉制自己的外國官吏、軍隊，教士出境，不聽則用武力。請問那時，在那些地方，聖教會當受多大的害呢。必須有許多本地司鐸，分布全區，歸服基利斯督的民衆，才能有備無患，預防這個困難。除此以外，以現勢而論，基利斯督的話，還是很對的，其言曰，『莊稼固多，工人却少。』連出發多數傳教士的歐洲，現今也是缺乏鐸曹。因天主的相幫，恢復離棄聖教的弟兄，使歸聖教的至一，和拔除非公教人的誤謬，越覺要緊，教士越覺缺乏。而且誰也知道，升司鐸，入修會的選召，雖然不比從前少，

(1) *Matth., IX, 37., Luc., X, 2.*

numeris, quam antea, vocatur, tamen divini afflatus permotioni numerum parere longe minorem.

Ex hisce, quae memoravimus, Venerabiles Fratres, Dilecti Filii, efficitur, eam sacerdotum indigenarum copiam territoriis vestris suppetere oportere, quae, nulla cleri adventicii habita ratione, cum ad propagandos christianaee societatis fines, tum ad communitatem fidelium e sua natione regundam ipsa perse satis valeat. Alicubi quidem, ut paulo ante significavimus, Seminaria erigi coepit sunt alumnis indigenis excipiendis, et ea pleraque medio sita loco inter finitimas Missiones, uni eidemque Ordini vel Congregationi commissas; atque illuc adulescentes Vicarii ac Praefecti Apostolici mittunt singuli lectissimos, sumptu cuiusque suo alendos, quos sacerdotio initiatos et ad sacra idoneos ministeria aliquando recipiant. Itaque quod alicubi a nonnullis inchoatum, id ab omnibus, qui Missionibus praesunt, haud dissimili ratione perfici non tam cupimus quam volumus et iubemus: ut ex indigenis nullus bona spei sit, quem ab sacerdotio et apostolatu, utique a Deo instinctum vocatumque, arceatis. Certe, alumnos rite instituendos quo plures delegeritis—et plurimos delegi omnino opus est—eos maiorem facere sumptum cogemini: verum, ne animo concidite, amantissimo hominum Redemptori confisi, cuius providentia futurum, ut, aucta catholici orbis liberalitate,

然而隨從聖召的人數，實質的減少的多了。

可敬諸神昆，可愛諸神子，由余上面所論，可知當陶成本地司鐸數目，以不計外國鐸曹，他們自己足數分布於各處的教區，也足數管理本國信友的人衆為標準。固然有幾處，如余方才說過，已經起頭開辦了修道院，為造就本地的修道生。這種修道院，大約都設立在同一修會掌管的傳教區中央，各宗座代牧和監牧，往那裏打發他們選擇了的青年，他們的宿膳費，由各司牧自己擔任，為陞司鐸後，令他們盡相當的聖職。所以這已有數處創辦的事，余不但盼望，而且發命，命令各掌管傳教區的長上，一體遵辦。凡本地有好盼望的青年，既被天主感動召叫，都當使之任司鐸宗徒的職任。一定爾衆妥善栽培的修道生，選擇了的愈多，且當多多選擇，所需的經費，自然愈大。然而不要灰心失望，須倚靠極愛人類的救世主，賴他的照顧，普世教友的慷慨，必要增加，相帶

Apostolicae Sedi ne desit unde vobis,
ad saluberrimi effectum consilii,
largius opituletur.

At si curandum, ut alumnorum
indigenarum frequentia sit unicuique
vestrum quam maxima, eos praeterea
rite effingere atque excolere studete
ad sanctitatem sacerdotali vitae
congruentem ad eumque apostolatus
spiritum cum studio fraternae salutis
coniunctum, ut parati sint vel vitae
iacturam pro tribulibus civibus suis
facere. Summopere tamen interest,
eos uno tempore de disciplinis
profanis ac sacris non confusam
atque incompositam, non breviorem
et quasi compendiariam institutionem
suscipere, sed per usitatum studiorum
curriculum bona doctrinarum copia
instrui. Quos enim et integritate
vitae ac pietate conspicuos et ad
sacra ministeria apprime aptos et
peritissimos divinarum legum magis-
tros intra Seminarii saepita effe-
ceritis, ii non modo apud suos, vel
optimates litteratosve homines, in
honore erunt, sed etiam paroeciis
ac dioecesis tandem aliquando,
vixdum Deo placuerit, constituendis
nihil quicquam obstabit quominus
auspicate praeponantur.

Perperam sane iudicat quisquis
eiusmodi indigenas quasi inferioris
generis ac retusi ingenii homines
habet. Etenim diu experiundo con-
gnitum est, populos, qui dissitas
orientales australesque incolunt re-
giones, interdum nostris non cedere,
atque etiam certare mentis acie et

宗座，使宗座可以愈益援助爾衆，叫
這極有益的謀畫，克生效果。

然而爾衆的本地修道生，既當各有極
大的人數，更要用心，陶成他們鐸品
適宜的聖德，也叫他們有救同胞靈魂
的專誠，和宗徒傳教的精神，至於甘
心爲其本國同胞，連性命也可以犧牲。
然而同時要叫他們於俗學聖學，均有
清晰的，合法的知識。叫他們求學
不要太速，太簡單，却當按部就班的，
飽受實學。既然在修道院內陶成的他
們品格聖德出衆，爲盡聖職，綽有
餘裕，在天主的法律上，亦成明師。
將來他們不單在本國的紳士先生前，
要備受尊崇，而且可以擢升他們掌管
本堂。一旦天主聖意到來，還可掌管
新創立的教區，順利無阻。

凡有人說本地人的品格卑下，天資遲
鈍，這個見解，實在誤謬。因爲經過
長久的試驗，知道居於遠東和南方的
人民，往往毫不亞於我們的人民，而
且也能與我們的人民的智力抗衡。若

contendere cum his posse; quodsi in hominibus ex intima barbaria summam fere tarditatem reperias, id quasi quadam necessitate fit, cum ad cotidianas vitae necessitates, sane exiguae, intellegentiae usus contrahatur. Cuius quidem rei si vobis licet, Venerabiles Fratres, Dilecti Filii, esse testibus, at Nos quoque fidem afferre possumus, quorum paene oculos indigenae, quotquot in urbanis collegiis ad omne genus disciplinas instituuntur, non tam ceteris alumnis celeritate ingenii sunt pares doctrinaeque fructibus quam saepe antecedunt ac praestant. Est praeterea cur sacerdotes indigenas ne patiamini inferiore veluti loco haberi et humilioribus ministeriis addici, quasi non eodem ipsi, ac missionales vestri, sacerdotio potiantur, aut non sint eiusdem omnino apostolatus participes; quin etiam eos in oculis fert, ut qui conditis vestro sudore ac labore Ecclesiis futurisque catholico-rum communitatibus praeesse aliquando debeant. Quamobrem euro-paeos inter et indigenas missionales nihil esto discriminis nullusque disiunctionis terminus intercedito, sed alteri cum alteris reverentia et caritate copulentur.

Quod autem, ut supra monuimus, ad ordinandam in populis vestris Ecclesiam Christi, omnia, ex quibus ipsa divino consilio conflatur, elementa adhiberi necesse est, ex hoc consequitur, in potioribus officiis

那生長在極不開化地方的人，看着明悟遲鈍，這是出於不得已的，因為他們知識的用處，只限於日用簡單的急需的緣故。可敬諸神兒，可愛諸神子關於這事；如若可以為爾衆明証，余亦可以作証。因為即在眼前，多少原籍遠方傳教區的學生，在羅瑪各大學內，攻讀各種學問，論學業的成績，論天資的敏捷，不但同別的學生可以比肩，併且屢次名列前茅，超人一等。除此以外，還有別的理由，不容爾衆列本地司鐸，於卑下之位，居卑下之職。彷彿他們同你們的傳教士，領的不是一樣的獎品，或是分受的不是一樣的宗徒傳教之職。而且爾衆當重視他們，為將來有一日當掌管爾衆用汗勞創立的教會。和信衆。故此歐洲和本地的傳教士，不得有一些分別，不得有一些隔膜，惟當以恭敬友愛互相聯絡。

如余在上面說過，為在各民族中，組織基利斯督的教會，須用天主聖旨所命藉以成立那些要素。所以在爾衆職務的重要部分中，還有一種要務，就

vestri partibus eam numerari ut religiosas ex utroque sexu sodalitates indigenas instituatis: quos enim novos Christi asseclas superno Deus afflatus tetigerit atque ad altiora impulerit, quidni iidem consilia evangelica profiteantur? In quo ne missionales, ne religiosas feminas, in ipso agro vestro laborantes, Instituti cuiusque sui caritas, honesta sane ac recta, plus aequo abripiat atque a latiore rerum comprehensione detineat. Si qui enim indigenae sunt, qui in veteres Sodalitates cooptari cupiant, modo ad imbibendos earum spiritus et non degenerem dissimilemve in regionibus suis subolem gignendam apti videantur, eos a consilio dehortari atque ab re prohibere nefas esto; verumtamen integre religioseque consideretis, utrumnam expediatur, novas potius coni i Sodalitates, quae cum ingenio studiisque indigenarum et cum locorum rerumque condicione aptius cohaereant.

Nec alia de re silendum, quae ad evangelii propagationem permagni referat: quantum scilicet proderit, catechistarum multiplicari numerum —sive ex europaeis, sive, potius, ex indigenis deligantur—qui missionalibus operam navent suam, catechumenos potissimum erudiendo et ad baptismum comparando: quos quidem catechistas quales esse oporteat, ut non tam verbo quam vitae exemplo infideles ad Christum alliciant, dicere vix attinet. At

是創立本地人的男女修會。天主既用聖寵感動了基利斯督的新徒，引他們企望高尚的事功，為什麼他們不遵守福音的勸諭呢？關於這事，在爾衆田園內勢力的傳教士，和修女，不要因各愛本會，這固然是很正當的，過於受他的牽制，而不能有更大的作為。倘有本地之士，欲入舊有的修會，只要他能吸收本會的精神，不使本會在那地方生出惡劣不肖的分子，就不許勸他們改變主意，禁止他們入會。且宜在主前平心審量，可否另立適合本地人的天資心思和地方事勢情景的辦會。

還有一事，為宣傳福音，有很大關係，也不可不提。就是增添講道員的數目，益處實在不小。或由外國人內，或更好由本國人內選擇均可。使他們幫助傳教士，特特的是教訓保守奉教的，和預備他們領洗。使他們以言語，以表樣，引外教人歸服基利斯督，這講道員當是何如的人，也就不虛而

vobis. Venerabiles Fratres, Dilecti Filii, certum decretumque sit, eos accurate instituere, ut doctrinam catholicam calleant, et, cum eam proponent atque explanabunt, ad mentem intelligentiamque auditorum accommodare se sciant: quod facturi eo commodius sunt, quo indigenarum naturam interius perspexerint.

De adlectis adlegendisve laborum vestrorum consortibus cum usque adhuc locuti simus, unum hoc in genere restat ut studiosae voluntati vestrae insinuetur: quod si quidem ad effectum deducatur, censemus fidei ocios dilatandae esse haud mediocriter profuturum. Quanti equidem contemplativam Nos vitam, quam vocant, faciamus, testis satis superque est Constitutio illa Apostolica, qua legem Cartusiensis Ordinis propriam, pontificali inde ab initio auctoritate probatam, altero ante anno, post exactam ad Codicis canones emendationem, Apostolicæ confirmationis robore perliberenter munivimus. Austerior sane ista vitæ contemplativæ consuetudo ut in Missionum territoria, conditis coenobiis, inducatur latiusve provehatur, summos horum Ordinum moderatores, quemadmodum Nosmet impense adhortamur, sic vos, Venerabiles Fratres, Dilecti Filii, opportune importune rogando, curatote; solitarii enim ii viri mirum quantum cœlestium gratiarum vobis laboribusque vestris conciliabunt. Atque dubitare non licet quin eiusmodi monachi

喻了。可敬諸神昆，可愛諸神子，然而爾衆却當細心栽培他們，使他們精通公教的道理。多咱講解的時候，知道就合聽者的聰明，體貼聽者的心理。越透徹本地人的性情，越能辦理的妥善。

到如今余所論到的，都是關於爾衆的已有的和將有的助手。還有一宗，當使爾衆勤懇的心思，加以注意，這事若果施於實行，余想爲迅速的傳佈聖信，很有大益。余如何看重靜修，有那前二年批准加爾都會會規，宗座的制誥，足以作證。加爾督修會的會規，本是早經教宗准定的，及經按照法典上的規律修改之後，余復忻然予以宗座的准定。爾衆當設法把那靜修嚴厲的會規，創立靜修院，傳入傳教區中，也在那裏推廣擴充。余曾懇切勸勉了這種修會的總長。可敬諸神昆，可愛諸神子，爾衆也要用盡各法，向他們請求。這靜修的修士們，能使爾衆和爾衆的苦勞，得天上奇多的惠寵。也不用猶豫，怕這隱修士們，在爾

locum opportunum apud vos nanciscantur, cum incolae, alicubi potissimum, etsi maximam partem ethnici, natura sint ad solitudinem et ad orandum contemplandumque proclives. Quia in re animo obversatur Nostro magnum illud coenobium, quod Cistercienses Reformati de Trappa in vicariatu apostolico Pekinensi condidere; ubi centum fere monachi, quorum plerique Sinenses, perfectissimarum exercitatione virtutum, assiduitate precum, vitae a speritate laborisque tolerantia, ut Dei numen sibi et infidelibus placando propitiandoque demerentur, ita hos ipsos, per exempli efficacitatem, Christo lucrificant. Unde luce clarioris appetet, anachoretas nostros, lege ac spiritu Conditoris sui prorsus incolumi nullamque vitae actionem experiundo, posse haud parum momenti ad prosperiorem sacrarum legationum exitum cotidie afferre. Quodsi Ordinum id genus gubernatores vestris postulationibus morum gesserint et sedes suorum, ubicunque de communi consilio placuerit, collocauerint, rem fecerint et tantae ethnicorum multitudini imprimis salutarem et Nobis, ultra quam credibile est, acceptam et gratam.

Iam ad nonnulla, Venerabiles Fratres, Dilecti Filii, gradum faciamus, quae ad meliorem Missionum temperationem pertinent: quo in genere si qua proximus decessor Noster haud dissimilia dudum docuit ac monuit, idcirco ea iterare place-

衆之處，得不着相宜的地址。因為另外在幾處，居民雖然大多數是外教，却生來的好隱居好祈禱，好靜修。論這事，余心中想起苦修會在北京宗座代牧區內，創立的那大靜院。在那裏大約有一百修士，內中大多數是中國人，修練極成全的德行，不斷的祈禱，克苦耐勞。為自己為外教人得天主的恩寵和矜憐。用善表的效驗，好把那外教人引歸於耶穌。故此明愈皎日的，可見我們的隱修士，完全遵守他們會祖的規矩和精神，雖然與外間斷絕往來，却天天大有益於傳教的事業。若掌管這種修會的長上，允了兩衆的請求，也把他們的會院，分立於會議所定的處所，這想不到為外教人多麼有益，也多麼悅樂余心。

可敬諸神昆，可愛諸神子，今對管理教區的事，余再囑託一二。謂這類的事，雖經余之最近前任，業已訓諭，余仍欲重復申說。因這類事，應應視

quia magno fore ad fructuosam apostolatus exercitationem praesidio iure meritoque censemus.

Itaque cum catholici inter ethnicos apostolatus magnam partem in nos recidat exitus, res aptius volumus a vobis ordinari, ut facilior posthac ad christiana sapientiae propagationem pateat aditus et numerus eorum augeatur quibus ea feliciter collucet. Sacros igitur praecones ita vobis cordi sit dispertere, ut nulla territorii pars ab evangelii praedicatione vacet et in aliud tempus excolenda reservetur. Quare longius, per mansiones, procedite, missionalibus in aliquo loco, quasi quodam centro, constituendis, quem locum minores undique stationes circumstent, uni saltem catechistae commissae et sacra aedicula auctae, quas missionales e sede media identidem, stato scilicet tempore, ministerii causa, adeant atque invisant.

Meminerint interea evangelii praecones, haud secus sibi ad indigenas accendum, ac Divinus Magister cum populo in terris se gessit. Qui, ante quam turbas doceret, aegros sanare consueverat: *Omnes male habentes curavit; (1) et secuti sunt eum multi et curavit eos omnes; (2) misertus est eis, et curavit languidos eorum. (3)* Atque id ipsum, facta potestate, Apostolis imperavit: *Et in quamcumque civitatem intraveritis . . . curate infirmos, qui in illa sunt, et dicite illis: appropinquavit in vos regnum Dei; (4)*

(1) *Math.* VIII, 16. (2) *Math.* XII, 15.

(3) *Math.* XIV, 14. (4) *Luc.*, X, 8-9.

爲大能援助傳教事業實行收效的。

所以既然在外教人中傳揚聖教的結果，大半係於爾衆，余欲爾衆妥善安置。務使傳佈聖道的徑途，日益便利，也使聖道忻然照臨的人數，日益增多。所以爾衆當用心把傳道人員，如此分佈，務要不使區中的一部，不受福音的宣傳，推諉于異日再傳。當使傳教士的住所，擴展廣遠，傳教士處於中央，四週各設多數小住所，至少派一位傳道員管理。內中建一小堂，傳教士自其中央住所，屢屢的按時到處巡視，爲賦聖事。

盼望宣傳福音之士切記，當如天上的神師當日在世時，對待民衆，傳教士亦當如北對待本地之人。他教訓民衆以前，常醫治他們的病人，『醫好一切有病之人。』有許多人跟隨他，『耶穌將他們中的病人，都醫好了。』恤憐他們，醫好他們中間的病人。併且給了宗徒們權柄，命他們照辦。『無論進了那一座城，當醫治城裏的病人，

Egressi autem circuibanti per castella evangelizantes et curantes ubique.⁽¹⁾ Ne obliviouscantur quidem missionales, quam se Jesus benignum amabilem que infantibus puerisque praeberet: quos cum discipuli increpuissent, praecepit ne ad ipsum venire prohiberent.⁽²⁾ Ad rem id commemorare libet, quod alias diximus: missionales nimirum, qui Deum infidelibus praedicant, probe nosse, in iis quoque regionibus—ut facile caritatis officiis capiuntur humana corda quisquis publicam valetudinem curat aegrotantibusque medetur, quisquis infantibus ac pueris blanditur, hunc profecto hominum sibi benevolentiam studiumque conciliare.

Atque ut ad ea quae modo attigimus redeamus, si iis in locis, ubi sedem domiciliumque ipsorum vestrum, Venerabiles Fratres, Dilecti Filii, constitueritis, itemque in amplioribus ob incolarum numerum stationibus, domum Dei et cetera Missionis aedificia latius patere opus est, vitandum tamen, ne sumptuosa magnique pretii aut templa aut aedificia excitentur, quasi cathedrales aedes et episcopales domus futuris dioecesibus comparatae; haec suo quidem tempore commodius. Numne ignoratis, in certis quibusdam dioecesibus iam pridem canonice erectis, templa eiusmodi ac domicilia aut paulo ante fuisse exstructa aut in praesenti exstrui? Nec recte ac provide aut in principem aliquam stationem aut

也向他們說，天主的國離你們近了。他們出去，週遊各鄉，到處宣講福音，醫治疾病』。傳教士也別忘記，耶穌對待嬰兒幼童，是如何仁慈可愛。幾時門徒嚇呼他們，耶穌命他們不要禁止孩童來自己跟前。請再把舊話重提一句。教外教人認識天主的傳教士，當深知用愛德的恩情也容易得人的心。凡照管公衆衛生的，和治療疾病的，凡看護嬰兒幼童的，必定在那些地方，也必受人的愛戴。

如今還歸前題，可敬諸神昆，可愛諸神子，若在那些地方，既已設立了爾衆的位置駐所，若因人數太多，在大住所內，要緊擴展天主的聖殿，和別的傳教屋宇，不要起蓋需費昂貴的宮殿，彷彿預備將來的主教大堂，主教公署似的，這些事後來再辦更好。難道爾衆不知，有數處主教區，早已正式成立，而這種聖殿公署，或剛才修成，或尚在建築之中。若把一切學校，一切保護神形利益的事業，都集於一個主要之處，或爾衆所居之所，似乎團聚，其實不合，有失周詳。因為

(1) *Lueç.*, XI, 6. (2) *Math.* XIX, 13-14.

in eum, quem incolitis ipsimet, locum instituta atque opera coguntur ac veluti conglobantur, quaecumque bonum animorum ac corporum tumentur; nam si magni sint momenti ac ponderis, iam vestram vel missionalium vindicare adeo sibi praesentiam ac sollicitudinem possunt, ut saluberrima totius territorii, evangelii causa, iustratio gradatim remittat ac desinat. Quoniam vero horum operum mentio huc incidit, praeter hospitia vel conclavia aegris curandis remediisve diribendis, et litterarios elementorum ludos—quae quidem instituta nusquam desiderari patiemini—praestat, iis qui ex pueris excesserint, nisi agrorum cultionem suscipiant, ad altiores disciplinas vel ad operosas praesertim artes, in scholis per vos conditis, aditum fieri. Atque hoc loco hortamur, ne optimates regionis, eorumque subolem, neglegatis.

Esto quidem, ab humilioribus e plebe verbum Dei eiusque praecones facilius admitti; esto, Iesum Christum de se testificatum esse: *Spiritus domini... evangelizare pauperibus misit me.*⁽¹⁾ Sed, praeterquam quod debemus illud Pauli ante oculos habere propositum: *Sapientibus et insipientibus debitor sum,*⁽²⁾ usu atque experientia praeterea docemur, primis civitatis ad Christi religionem semel traductis, tenuiores e populo eorum vestigiis facile ingredi.

若是關係重要，就能如此需要爾衆，或傳教士之親臨，和關顧，致使周行全城宣傳福音之舉，由漸次減少而停止。既然論到事功，所以除了醫院，施捨所，小學校，這些機關，固然應在都當設備。尚有重要者，即是當為那弱冠的青年，除非已經從事田畝，當予以便利，使入爾衆創辦的學校，以求高深的學問，或研究專門的藝術。這裏余亦切勸爾衆，不可忽視地方上的紳紳，和他們的子弟。

固然民間的謙卑人，容易承受天主的聖言，和他的傳道者，耶穌基利斯督固然親自說過，『主之聖神，遺余傳福音於貧窮者』。然而除了我們常常記憶的聖保祿『對於貴人和平民，我都負責』的話以外，還有習慣和經驗教訓我們知道，城中的領袖人物，一旦入了聖教，其他民衆，自然容易步他們的後塵。

(1) *Luc.*, IV, 18. (2) *Rom.*, I, 14.

Quod autem postremo occurrit, id, Venerabiles Fratres, Dilecti Filii, ut est gravissimum, pro cognito ac perspecto, quo flagratis, religionis animarumque salutis studio, piis accipite animis atque ad prompte obtemperandum compositis. Territoria ea quidem, quorum curam navitati Apostolica Sedes vestrae demandavit ut ea Christo Domino adiungeretis, cum sint plerumque amplissima, fieri interdum potest ut missionalium ex Institutis cuiusque vestris longe inferior sit numerus quam necessitas postulet. Ne igitur dubitetis, quemadmodum in dioecesi rite constituta solent Episcopo alii ex alia Sodalitate aut clericali aut laicali religiosi viri, aliae ex alia Congregatione Sorores, adesse atque auxiliari, ita in propagationem christiana Fidei, ad institutionem iuventutis indigenae, ad ceteras huiusmodi utilitates promovandas, laborum socios advocare atque adsciscere religiosos sodales ac missionales qui e vestro sodalicio non sint, sive ii sacerdotio potiantur, sive ad laicalia, quae vocant, Instituta pertineant. Sancte quidem glorientur Ordines ac Congregationes religiosae cum de sibi data ad ethnicos populos missione, tum de partis ad hunc diem Christi regno accessionibus; at membrinint, se territoria Missionum non iure quodam proprio ac perpetuo accepisse, sed ad Apostolicae Sedis natum habere, cui propterea et ius et officium incumbit rectae et plenae eorum cattlogi prospiciendi. Nec

可敬諸神昆，可愛諸神子，還有最後的一種訓諭。既然關係很重，因素知爾衆的傳教救人的熱切之德，望爾衆以孝心，和速迅的順命之心，承受這訓諭吧。宗座托付於爾衆殷勤照管的地域，爲使爾衆把他歸化於主基利斯督，大約都很寬廣。有時爾衆本會的傳教士人數太少，不能應需，所以如同在那正式成立的主教區內，或有神品，或無神品的修會的修士，或其他在會的修女，慣有相幫司牧的。爾衆爲宣傳聖信，爲教育本地的青年，爲促進其他種種利益，亦不要猶豫邀請別的會的修士，或有神品或無神品，使與爾衆同勞。各修會，或因奉命傳教於外教的民族。或因至今爲基利斯督神國開闢關土，固然常想一種神榮榮譽。然而猶須切記，自己併非以一種本有的和永久的名分，承領了那些地方，却是蒙宗座的允許而有的。故此督促那些地方妥善周備的治理，是宗座的名分和責任。若是單把或大或小的地方，給這會那會的分開，羅瑪教宗也不算盡了他的宗徒職責。還有更重要的，就是還當常常竭盡心力的

igitur Romanus Pontifex apostolico muneri hoc unice satisfaciat si territoria maioris minorisve magnitudinis alia inter alia Instituta distribuat; sed—quod pluris interest—nullo non tempore omnique sua cura providere debet, ut ea ipsa Instituta tot missionales ac, potissimum, tales in regiones sibi creditas dimittant, qui his, qua late patent, christianaæ veritatis luce complendis aburde sufficient atque efficacem dent operam. Quoniam vero Divinus Pastor gregem suum requiret de manu Nostra, quotiescumque necessarium vel opportunitus utiliusque ad proferendos Ecclesiae sanctae fines videbitur, territoria Missionum cum de altera in alteram Sodalitatem transferre, tum iterum iterumque partiri, et clero indigenae aliisve Sodalitatibus novos vicariatus ac praefecturas committere neutiquam cunctabimur.

Iam reliquum non est, nisi ut vos omnes, Venerabiles Fratres, quotquot per catholicum orbem pastoralis muneris et sollicitudines et solacia Nobiscum participatis, denuo horremur, velitis iis, quas diximus, artibus praesidiisque sacras Missiones adiuvare, ut eaedem, quasi quadam renovatione virium, messem in posterum afferant multo ubiorem. Communibus autem benigne ad rideat faveatque coepitis sanctissima Regina Apostolorum Maria, quae, cum homines universos in Calvaria haberet materno animo suo commendatos, non minus eos fovet ac diligit, qui se fuisse ab Christo Iesu redemptos

籌畫，使各該修會，往寄托於己的各教區，分發傳教士，其人數，特是其資格，以能綽有餘裕的，把聖道的真光，滿佈於那廣大的區域，而使傳教工作收效為準。因為天上的司牧，將要自余手中，索他羣羊的眼目，幾時看着為擴展聖教會的疆界，有必要，或是更適宜，或是更有益，余即毫不猶豫的，把傳教的區域，或自這一會移於那一會，或是一再的分配，而把新劃分的代牧區和監牧區，托付於本地鐸曹，或別的修會。

可敬諸神昆，爾衆凡分居普世，偕余一人，在司牧之職務上，同憂同樂者，余已別無他囑，祇重新切懇爾衆，以余所指示的各種方法，各種助力，贊襄這神聖傳教的事業。俾其精神，宛如經一度振刷，行見得有更豐盛的收穫。伏望至聖宗徒之後瑪利亞，以慈母的心腸，忻悅保佑我們大家的工作。因為聖母瑪利亞，既然在加爾瓦略山上，以他慈母之懷，承受了一切付託於他的人類。他愛護那尚未知曉自己受了耶穌基利斯督救贖的人，不

ignorant, quam qui ipsius redemptionis beneficiis fruuntur feliciter.

Caelestium interea donorum auspiciem paternaeque benevolentiae Nostrae testem, vobis Venerabiles Fratres, et clero populoque vestro, apostolicam benedictionem peramanter impertimus.

Datum Romae apud Sanctum Petrum die 28 mensis Februarii anno 1926, Pontificatus Nostri quinto.

Pius PP. XI.

亞於那幸得享有救贖鴻恩的人。

可敬諸神昆，今余大發慈愛，頒給汝衆及所屬鐸曹與教衆，以宗徒之降福用作天上恩寵之特徵，和余慈愛之左証。

一千九百二十六年二月廿八日，余即位之第五年，羅瑪聖伯多祿堂
頒發，

教宗必約十一世。





EPISTOLA APOSTOLICA

AD VENERABILES FRATRES AC DILECTOS FILIOS VICARIOS ET
PRAEFECTOS APOSTOLICOS SINARUM REGIONIS

Pius PP. XI

Venerabiles Fratres ac Dilecti
Filiu Salutem et Apostolicam
Benedictionem.

AIPSIS PONTIFICATUS PRIMORDIIS, omnem curam ac sollicitudinem nostram ad sacrarum Missionum incrementum atque profectum contulimus, earum praesertim, quae inter populos in tenebris et in umbra mortis adhuc sedentes constituae sunt. Cuius quidem magnae Nostrae sollicitudinis argumentum praebuimus Epistola Encyclica „Rerum Ecclesiae” paulo ante edita, qua, sollerter Missionalium industriad ad novas atque accuriores normas dirigentes, clerum et fideles, ut precibus atque opibus evangelicos operarios adiuwarent, enixe in Domino hortabamur. Ex omnibus tamen gentibus, ad quas evangelicae doctrinae lumen afferri debet, illae maxime Nobis cordi sunt quae extremas orbis partes incolunt, in primisque ad istam regionem oculos animumque nostrum in dies sollicitiorem convertimus. Etenim

教宗必約十一世，祝

可敬諸神昆，暨可愛諸神子安泰，及宗徒之降福。

余即位伊始，即專心致志，推廣神聖傳教事業，特於黑暗死影中民族，更

屬關懷，前曾特頒通牒，示傳教士

以切時精密之方策，併因主名，懇切

勸導鐸曹信衆，以祈禱，以實力，援

助闡揚福音之士，已足見余關懷之切

矣。然當被福音光照之萬民中，使余

最關心者，以極邊之民族爲最，而日

加注意焉。蓋居此廣遠地域之蠻荒民

衆，性情敦厚，天資明敏，不惟日

ingens illa hominum multitudo, qui per istam tam dissitam tamque immensam regionem vitam agunt, ii quidem, et ob animi laudes et ob innatam probitatem, non modo ad perfectiorem vitae cultum pervenere, sed etiam bonam certamque spem non semel attulerunt, se Evangelii praeconibus in disciplinam libenter tradituros. Cuius quidem tam laeti eventi exspectationem res mirifice comprobavit; in praesenti enim vos, venerabiles fratres ac dilecti filii, magno gudio laetitiaque summa afficimini, cum vos fidelibus plurimis undique circumsaeptos videatis, quorum non pauci aut parentibus gloriantur pro Christo caesis, aut ipsimet „digni habitu sunt pro nomine Iesu contumeliam pati⁽¹⁾”. Sanctissimum tamen Missionalium opus istuc uberius proveheretur si vana illa fallaxque extirparetur opinio, quae longe lateque in dies percebrescit, quaeque in istorum hominum, praesertim iuvenum, animis—ut sunt plerumque rudes atque ignari—radices penitus agit, Ecclesiae nempe catholicae eiusque Missionalium operam non ad ea dumtaxat spectare quae Religionis sunt, sed publicis studiis consiliisque exterarum gentium servire, atque idcirco obstarre quominus populi a se evangelica doctrina collustrati vel sui iuris fiant vel ea, quae sunt suae nationis postulata, libere vindicent. Quo in genere non est dubitandum quin

(1) *Aet. Apost.* V. 41.

進文明，抑且顯有領受福音教化之確望。可敬諸神昆，可愛諸神子，爾等誠宜歡欣踴躍，因爾等轉下信友中，其以父母爲主致命，引爲榮幸者，或「個人爲主聖名，甘受凌辱者，」大有人在，足證吾人所望之非虛也。深入其心，而青年尤甚，以爲基督教其傳教士之工作，不僅限於宗教，抑且供外國政治策略上之利用，於信友之獨立，國權之恢復，爲莫大之障礙。倘此虛妄謬誤，日益滋長，苟能拔除淨盡，則神聖傳教事業，自必發揚光大矣。諸如此類，實係國事之變遷，

publicarum rerum vicissitudines et inflammatum concitatumque nationis partiumve studium, quod raro ab intemperanti disiungitur, interdum ad errorem huiusmodi disseminandum, tam exitiale Ecclesiaeque injuriosum, ut ex ratione ipsa atque experientia constat, satis valuerint.

Ex quo quidem exitiali errore cum in populorum ac principum suspicionem Ecclesia cadat ac vocetur, quasi insidias eorum iuribus struat, miserrime evenit ut animi a catholica fide abalienentur. At profecto vel unum Ecclesiae „catholicae”, idest universalis, “nomen” ostendit, ipsam ad omnes gentes pertinere universosque populos complecti, nullamque in ea, ex divina Christi Conditoris voluntate, esse posse stirpis vel generis distinctionem. „Ubi non est gentilis et Iudeus, circumcisio et praefutium, barbarus et Scytha servus et liber, sed omnia et in omnibus Christus⁽¹⁾”, Omnes enim homines fratres sunt: „Omnes vos fratres estis”, quippe qui ex uno eodemque patre sint progeniti: Unus est enim Pater vester qui in cælis est⁽²⁾; et salutaris Redemptoris fructus omnibus omnino offertur, quo ius ad aeternam beatitudinem consequandam acquiritur: „haeredes quidem Dei, cohaeredes autem Christi⁽³⁾”. Quapropter evangelicam doctrinam omnibus gentibus praedicari oportet, praecipiente Christo: „Praedicate Evangelium omni creaturae⁽⁴⁾” Mis-

與夫國家及各政黨所鼓動，不無過當之主義，時或竟若發生誤會，殃及聖教，事實俱在，可覆按也。

官民對於聖教之誤會既深，乃生猜忌，以聖教為侵略者，聊致人心惶惑，厭棄聖道。然而夷考其實，聖教名為公教，即大同之謂，祇觀此公教名稱，具見萬國萬民，兼收併納，不容有種族之區別，此蓋基利斯督教首之旨也。(經云)「其中併無四裔與猶太，割損與不割損，戎狄與蠻夷，咸獲與自由等類別。惟有基利斯督，真為萬有，真在萬有也。」蓋衆皆兄弟也，經云「爾儕皆為兄弟」因同為一父所生，「爾衆祇一父，即在天大父。」而用以獲得永福名分之數贊鴻恩，乃為衆人而施，「既為天主之嗣子即為基利斯督之嗣嗣。」耶穌曾命門弟曰，「傳揚福音於萬民。」是以福音普惠

(1) Col. III, 11. (2) Matth. XXIII, 8-9.

(3) Rom. VIII, 17. (4) Marc. XVI, 15.

sionales vero non a civilis societatis moderatoribus, sed ab ipso Deo ad hoc sanctum peragendum opus vocantur: "Non vos me elegistis sed ego elegi vos⁽¹⁾", iidemque ab Ecclesia concionandi munus atque officium suscipiunt. Hi ergo non humani sed divini praecones sunt, qui, quod Apostolis Christus opus concredidit, id ipsum religiose prosequuntur. Divinis vero mandatis atque praeceptis Ecclesia nullo tempore defuit, omnique diligentia ac studio populos fovit, quibus christianae veritatis beneficium contulisset; immo etiam eorum iura a principum gubernatorumve arbitrio ac dominatu una saepius vindicavit, quemadmodum historja luculentissime testatur. Itaque ipsa in universum a suis administris singulari ratione ab iis, qui in sacris expeditionibus a se missi elaborarent, quodlibet suae cuiusque nationis studium arcere perpetuo nisa est, ut iidem „quarentes non quae sua sunt, sed quae Iesu Christi⁽²⁾... et ferentes „nomen Iesu coram gentibus et regibus⁽³⁾ tandemmodo Dei gloriae animarumque salutis operam darent assiduam. Quod si interdum—quod rarius profecto contigit—unus vel alter ex evangelicis operariis de hoc, quod Ecclesia constanter tenet, itinere deflexit, ipsa et hanc agendi rationem reprobavit et huiusmodi incommodo opportunis remediis occurrit.

(1) *Iean. XV, 16.* (2) *Philip. II, 21.*
(3) *Apol. IX, 15.*

遣，當傳於萬國萬民。派遣傳教士者非政府，乃天主召之行此神聖之工，經曰，「非爾擇我，實我擇爾。」其傳教職責，則受自聖教會也。故彼等敬謹履行，基利斯督遺於宗徒之任務，所宣揚者非人類之事物，乃天主之道理也。天主之誠命，聖教未嘗或違，故教化所及，一視同仁，備加愛護。且一再維護民權，使脫暴君污吏之凌虐，考之史冊，信有徵也。故聖教會特別注意，使其教士，併特使所遣發之傳教士，不稍圖謀本國之利益，「惟訓之拋棄個人，專務基利斯督之事，」「傳揚耶穌之名，於外邦君民。」惟求光榮天主，救人靈魂而已。或有一二傳教之士，不過偶一經見，離棄聖教恒守之途徑，聖教會立即加以責斥，而以善法防止其患。

Quae autem in indigenis presbyteris instituendis cura adhibetur, ut si non modo auxilium opemque Missionalibus exteris ferant, sed etiam, cum numero, prout necessitas postulat, creverint, paullatim in eorum locum substituantur, ea ipsa nonne clare manifestat, Ecclesiam et verbis et re illum, quem supra memoravimus, intempestivum patriae amorem a suis administris omnino amovere velle? Neminem tamen latet, primum Evangelii semen fere semper ab exteris presbyteris iactum esse, qui, secundum illud divini Magistri: "Euntes in mundum universum praedicate evangelium omni creature(!)", suam quisque patriam reliquerunt, ut fratribus evangelicam lucem afferrent. Ita hanc Almam Urbem Petrus Galilaeus et Paulus Tarsensis ad Christi fidem amplectendam profitandique vocarunt; ita Titus et Timotheus, episcopi, Cretones et Ephesinos catholicae fidei veritates docuerunt, quamvis ii essent alienigenae; ita Patricius, in Caledonia natus, Hiberniac apostolus est factus; ita Bonifacius, Britannus, Germanos Christo lucratus est. Quem quidem morem si usque in hodiernum diem, pro temporum ac locorum condicionibus, Ecclesia servavit, instituit tamen Missionalibus suis, ut puerulos indigenas bonae spei rite instituendos et aliquando sacerdotio initiandos susciperent, cum sibi persuasum esset, haud aliter Christi

(1) *Marc.* XVI, 16.

觀夫聖教盡心栽培本國司鐸，不特使爲外籍司鐸之補助，且俟人數敷用時，使其承繼外國傳教士之職任。此非聖教會以言以行，遏止其教士，上述不合之愛國心乎，雖然，盡人皆知，福音之傳播，概皆始自外國司鐸也。因彼等遵照天上神師，「爾輩宜往普世，傳揚福音於萬民」之命，背離鄉井，以傳佈福音於普世同胞。即如加理亞之伯多祿，達爾西之保祿，勒化羅瑪市民，信奉基利斯督之教。如弟篤，及第莫德，二主教，雖爲外方人，却歸化克肋德，及厄弗所之民，信認公教之道。如巴特利爵，生於加來多尼，而爲愛爾蘭傳教之宗徒。波尼法爵，英國人，而勸化日爾曼人，信仰基利斯督。聖教會，雖至今日，按照時地情形，仍遵此種步驟，然促令傳教之士，依法栽培富有希望之青年，俾他日得膺神品。蓋以聖教會，深知確信，捨此途徑之外，任何地域，

regnum ubivis constitui ac stabilir posse.

Ad rem sufficit ea recolere salutaria monita, quae fel. rec. decessor Noster Benedictus XV in Enc. Litt. *Maximum illud* adhibuit; atque eadem non ignoratis Nosmet, per Encyclicas Litteras *Rerum Ecclesiae* paulo ante datas, et fusius et vehementius iterasse. Quae quidem Ecclesiae hortationes exitum, Deo dante, tam laetum profecto habuere, ut hodie ad meliorum rerum spem animum Nos erigere possimus; vobismet enim ipsis phares iam presbyteri indigenae praesto sunt, qui in Christi regno amplificando vobiscum fructuose elaborant atque desudant, et sacerdotes Sinenses nonnulli gubernationem Ecclesiae participant habentque vobiscum communem. Sint igitur Deo—bonorum omnium datori—grates quam maxima, quod per hunc Pontificatus Nostri decursum auspicio contigit ut plures sacrae Missiones recens conditae clero Sinensi committerentur. Id ipsum ut haud mediocrem gaudii laetitiaque causam Nobis affert, ita fieri non poterit quin et Missionales alienigenas et Sinenses ipsos vehementer delectet, cum ii praeclaros omnium laborum a se atque a decessoribus exantlatorum fructus iam colligant, hi autem diem illum appetere iam atque illucescere sentiant, quo vota sua atque optata, eximio tot evangelicorum operariorum beneficio, expleantur. Interea quid catholicis orbi pulchrius visu quidve

不能建立基利斯督之神國也。

今可迴憶，余前任教宗本篤十五世，通牒中所施有益之訓誨。余亦新頒通牒，詳細懇摯，重述前訓，爾衆所遇知也。聖教此種訓誨，賴天主洪錫，固已獲得佳果，致令余今心懷益壯，尤望更佳之事實。蓋爾衆左右，有許多司鐸、與爾衆同服苦勞，偕爾曹擴充基利斯督之神國，已收實效，而中國司鐸，已有數位與爾衆同執教權矣，故宜深謝錫諸鴻恩之天主，賜余教宗任內，幸逢多數新立教區，付託於中華鐸曹，此實使余至極快慰。且外籍傳教士，已收獲個人及前輩所服苦勞之佳實。本籍傳教士，則渴望之日，曙光已屆，因傳教人士之惠，滿其素志。爾衆外籍及中華之傳教士，必不能不勝懽快樂也。際此時會，外籍主教司鐸，與中華主教司鐸，互以友愛結和，同謀聖教之發展，同謀中華之利益，為普世教會，孰有更榮耀，更美善逾於此者乎。可敬諸神昆，可

antiquius, quam ut episcopi sacerdotesque alienigenae, cum episcopis atque presbyteris sinensibus fraterna caritate coniuncti, communiter omnes Ecclesiae incremento atque Sinarum bono promovendo dent operam? Hisce quidem de rebus sane gravissimis, vos, venerabiles fratres ac dilecti filii, alloqui plauit, ut eas ipsas in animum mentemque sacerdotum ac fidelium, quibus praestis, redigatis; quo in genere fideles potissimum commoneri oportet hodie, ne in errorem ab iis inducantur qui, patriae nomine atque causa praepostere Interpositis, eo unice spectant ut cives suos Ecclesiae Dei inimicos reddant. Id propterea alloquendo scribendoque efficite ut vel ii, qui extra Ecclesiae saepa infelicitate vagantur, germanam saltem eiusdem notionem acquirant, eamque talem societatem habeant atque agnoscant, cuius sit ea dumtaxat quae pertinent ad Dei cultum aeternamque animarum salutem per pefectae caritatis exercitationem curare. Cavet enim Ecclesia ne se in civilia negotia inque civitatis rationes immisceat atque interponat; nec unquam passa est, Missionales opera sua exterarum civitatum aut consiliis favere aut utilitates provehere. Praeterea nemo ignorat—quod ipsum historia omnium temporum testatur—Ecclesiam ad eas, quae cuiusvis nationis aut regni propriae sunt, leges aut constitutiones, sese accommodare; eorum, qui civili societati legitime

愛諸神子，余與爾輩談及此種重要之事，實願爾輩將此印入爾衆所屬司鐸，及信友心中。時至今日，多有人誤解愛國，顛倒輕重，處心積慮，惟以引入仇視聖教爲事。故當格外訓誡教友，勿破其燭惑，而陷謬誤。是以當以言論，以文字，使雖在教外之人，對於聖教，亦至少有真確之觀念，得知聖教之所以然，惟在實行愛德，引人恭敬天主，救人靈魂而已。蓋聖教會所命者，即不得干涉政治，不參與國家之政策，且決不容傳教士，贊助外國之事務，推廣外國之利益也。此外，聖教會，對於任何國之法律憲章，無不通融遷就。對於國家之合法首領，無不尊重，併一再闡聯此義，使人明瞭。除傳教士及信友之安全自由，

praesunt, dignitatis rationem habere atque inculcare; nihil aliud pro evangelicis operariis et christifidelibus quam commune ius, in columnitatem atque libertatem exposcere.

Quod si quibusdam in regionibus rerum publicarum administratores Ecclesiae patrocinium interdum suscepérunt, hoc ipsa non in indigenarum detrimentum usa est, sed unice ut se suosque in tuto ab malorum hominum vexationibus collocaret. In comperto enim est, id ad quamlibet rempublicam, iure proprio ac nativo, spectare, ut omnium civium suorum ubique terrarum commorantium vitam, iura et bona tueatur; quam quidem tufelam, praesertim cum vexarentur, ipsi Missionales experti sunt. Itaque Apostolica Sedes eiusmodi defensionem non recusavit, eo dumtaxat eonsilio ut sacras Missiones ab arbitriis atque iniuriis malorum hominum subtraheret, minime vero ut iis aliis faveret propositis, quae forte gubernatores exterarum gentium, data opportunitate, cives suos protegendo, haberent.

Utinam quae supra diximus ita vulgo accipiantur ut in ista tam ampla Nobisque tam dilecta natione, falsa qualibet suspicione remota, omnes in Ecclesiam atque in Missionales inimicitiae deponantur ac desistant.

Enixas autem Deo preces admonentes ut pacem prosperitatemque Sinarum gentibus largiatur, vobis, venerabiles fratres ac dilecti filii,

普通權利而外，聖教會一無所求。史冊具在，足資左證。

若夫某國政府，在某地方，願負保衛聖教之責，聖教決未恃此保護，損及地方人民，不過妥置自身，及其信衆於安全，以免人之摧殘而已。蓋一國之民，勿論僑居何處，其國家皆有保護其生命權利，及財產之天然名分。此理之當然，不容或疑者。傳教士窘迫之際，乃得享受此保護。故宗座所以未行辭謝此種保護者，祇以免除惡人，對於傳教事業之謀害侵凌而已。至於外國政府，保護僑民，在某種機會之下，或有其他政策，聖教會決不加以贊成也。

余甚願上述之旨，俾衆週知，使如斯廣大，如斯為余鍾愛之國中，諸種誤會一致免除，仇視教會教士之心，完全息止。

余懇切祈求天主，賞賜中華國民，和平福利，可敬諸神兄，可愛諸神子，

Missionalibus et christiano populo
cui praeestis, in caelestium munera
rum auspicium atque in paternae
Nostrae caritatis testimonium, Apo-
stolicam benedictionem amantissime
impertimus.

Datum Romae, apud Sanctum
Petrum, die 15 mensis Iunii anno
1926, Pontificatus Nostri quinto.

余特慨頒宗徒之降福，於爾衆及衆傳
教士，併爾衆所屬信友，以爲神恩之
徵兆，及余慈愛之左證焉。

一千九百二十六年六月十五日，
余即位之第五年。羅理塞伯多祿
堂頒發。

必約十一世。



